

R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
A
535
NAPOLI

Digitized by Google

m
C·64

Digitized by Google

Ex lib. Carol. Anton. de Rosa
Icti Neapol. an. 1749 -

Digitized by Google

53.2061

VALENTINI MELASII
Brandeburgensis Marchici J. U. D.

COLLEGIUM EX JURE FEUDARIO PUBLICUM DE FIDELITATE ET JURAMENTO CLIENTELARI,

in quo omnes materiæ ad tractatum de fidelitate vasallitica integrum pertinentes ordine conveniente disponuntur, variisq; controversiis in varias partes discussis illustrantur, & quæ juris communiter recepti, Saxonici & quotidianæ praxeos sunt, in quantum quidem modo disputatorio fieri potuit, unà annotantur.

In quo

Suffragio & Auctoritate Majorum

In inclyta Cathedra Academica publica inclytæ Universitatis Salanæ

IPSO PRÆSIDE ET MODERATORE

Viri Strenui, Nobiles, Patricij & Legum Candidati liberaliter atque ingenuè confligendo se invicem probarunt & exercuerunt.

Accessit Index rerum in eodem singulariter notabilium luculentus.

JENÆ

1738.


TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.

ANNO M. DC. XVIII.



Digitized by Google

Digitized by Google



Reverendissimo, Illustrissimo & Celsissimo Principi ac Domino,

DN. CHRISTIANO GVILELMO,

Postulato Administratori Primatus & Archiepiscopatus Magdæburgensis, Coadjutori Episcopatus Halberstadensis, Marchioni Brandeburgensi, Borussiæ, Sedini Pomeraniæ, Cassuborum, Vandalorum, Crosnæq; & Carnoviæ in Silesia Duci, Burggravio Norinbergensi, & Rugiæ Principi &c. Domino meo Clementissimo.

INTER CÆTERA BENEficia, Reverendissime, Illustrissime & Celsissime Princeps, Domine Clementissime, quæ à summi illius cœli ac terræ Monarchæ Majestate & divina bonitate ac clementia, tanquam ex perenni & salutari fonte in genus humanum redundant stupenda & admiranda, hoc profecto nunquam est satis deprædicandum, si cui, ita divina providentia ordinante ac dirigente, sub Principe aliquo & pietate & sapientia & prudentia omnique virtutum δωτιτάκ inclyto, ejuscemodi veræ virtutis suæ radiis omnes ac universas sibi subjectas oras illustrante atque exornante, nasci contigerit. Etenim sub hujus clypeo ac clientela in conscientia sua tranquillus & pacificus delitescere, animam suam cœlestium ambrosiarum lauticiis pascere, ad prosperum fortunæ flatum in affluenti facultatum suarum incremento ditescere & in vitæ sanctimonia &


Digitized by Google

λοκαγαθίας, quæ veræ virtutis ſunt & πολλὰ τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, penitus pernoſcere eaq; ex imis illius medullis hauſta, quî ad commune bonum publicum transferat, ritè addiſcere, & deniq; ipſum ſibi ſuum Principem tanquam ſummæ virtutis ideam, in cujus vultu habitet, atq; in quem oculos ſuos tanquam in omnium virtutum ſpeculum ac domicilium unicè dirigat, ὡς ἐν πίνακι præfigere poteſt. Quòd ſi hacce auguſta & feliciſſima ipſius protectione obumbretur, tantaque ac penè immenſa ejusdem gratia perfundatur, in λιμένι animi pro gratia accepta grata retribuere geſtientis & percupientis hoc agat, hoc peragat, in hoc totus deſudet atq; elaboret, ut omnia ſua inſtituta, facta, cogitata formet & conformet ad illius tanti Principis ſui nutum & voluntatem ejusque cordis beneficentiſſimi affectum ſummè benevolum, atq; ad ejus ſalutarem & exoptatam regiminis proſperitatem, omniumque rerum ſucceſſum delectabilem ac peramabile incrementum. Equidem cùm in me deſcendo, cogor omnino apertè & diſertè fateri ineffabilem ſummi Dei gratiam mihi affulſiſſe, cùm ſub inclyta Domo & Sereniſſima ac Potentiſſima familia Marchionum & Electorum Brandeburgenſium naſcentem me Marchicum Sol aſpexit. Etenim ne ſummorum illorum ex Majoribus Patrum patriæ meæ μεγαλοψυχίαν & heroica facinora admirer & ad miraculum deprædicem, quaſi inde ego humilimè ſubjectus & ſubjectiſſimè humilis clientulus vellem aliqua laude potiri & florere; ne deſcribam illud Numen Heroum ALBERTUM illum Marchionem & Electorem Brandeburgicum, qui ob fortitudinem heroicam ſtupendam maximarumque rerum geſtarum laudes à Solis ortu usq; ad occaſum perennes à ſummo Pontifice PIO II. Achilles Germanicus & Ulyſſes teutonicus cognominatus eſt: ne coner enarrare quomodo JOHANNES III. Marchio & Elector Brandeburgicus Magni cognomen heroicè ſit adeptus, non tam quidem propter corporis ſtaturam venuſtè proceram & decorè ac gratioſè proportionatam, quàm auctoritatem raram & eximiam planeq; heroicam; quomodoq; ob admirabilem dicendi facultatem atq; orationis ſuæ flumen Cicero germanicus ſit celebratus; ne audeam leviter ſaltem attingere aliquid rerum geſtarum JOACHIMI II. Marchionis & Electoris Brandeburgenſis, qui ob præclaram

ram

ram fortitudinem & inauditam ferè victoriæ felicitatem adversus Solymannum Turcarum Ducem à CAROLO V. Imper. semper AUGUSTO & Triumphatore maximo Eques auratus est creatus; cùm ad hæc κατὰ πλάτος καὶ ἐπὶ pertractanda longe aliud spacium magisque selecta opportunitas mihi residua deberet esse; illud tantùm cum debiti honoris encomio & summa animi submissione dicam, quod ipse expertus sum. Recordor illius temporis à quo Reverendissimæ Celsitudinis Vestræ Serenissimus & Potentissimus Avus JOHANNES GEORGIUS Marchio & Elector Brandeburgensis &c. beatissimæ recordationis, ejusdemq; R. C. V. Serenissimus & Potentissimus Parens JOACHIMUS FRIDERICUS Marchio & Elector Brandeburgensis &c. pientissimæ memoriæ, me meosq; sub paternæ & pacificæ suæ protectionis alis confovêre, quam protectionem augustam & inclytam ejusdem R. C. V. Serenissimus & Potentissimus frater JOHANNES SIGISMUNDUS Marchio & Elector Brandeburgensis &c. quem Jehova Deus diu sospitem conservet, cum Vestræ etiam Reverendissimæ Celsitudinis & reliquorum Celsissimorum fratrum suorum conjuncta cura & ope in hanc usq; anni horam continuavit, ut inde per tanti temporis decursum non solùm in pace tutus, in statu meo non turbatus, in vita mea tota sospes, incolumis, vegetus; sed & in studio & stadio doctrinæ liberalis veræq; virtutis minimè præpeditus, sed immò verò feliciter fuerim incitatus, ut quod in votis ante habuerim & quod suspiriis tàm anxiè anhelarim, tandem revera nactus sim, scilicet ut possem varias Academias visitare, in iisq; diutiùs commorari & cum liberaliter in iisdem conflictantibus unà concertare, ac pedetentim gravium & solidè doctorum virorum coronas & consessus passim adire, iisq; vel me, ut inde præclari quid addiscerem, immiscere, & ipsa tandem per Imperialem Majestatem privilegiata cathedra publica mihi pateret, nec deinceps unquam ab ullo utcunq; etiam malè feriato, & rabido latrante cane audirem, animum me nullis literarum agitationibus motum, nullis cognitionum circulis exercitatum, nullis meliorum artium succis ac medullis imbutum, hebetem, stupidum, aridum, bruto sensu circumferre. Hæc omnia quæ & quot sunt post divinam clementiam ab ejuscemodi Patribus pa-

Digitized by Google

triæ meæ mihi suppeditata reputo, nec quidem eorum exiguam partem abs R. C. V. mihi acceptam fero, ut quod ad talem vitæ cursum absolvendum Patria mihi mea adjutrix fuerit, quæ nisi fuisset, nec ego nec ullum studium meum fuisset; at verò prius si nec ipsi tanti patres, tanti heroes, tantæ columnæ præfuissent & profuissent, ipsa quoq; nulla fuisset, pro his itaque acceptis gratias rependere, utique meum esset. Verùm tantæ ἀϊεργεσίας gratam remunerationem aut retributionem equidem ut velim saltem cogitare, nimis tenuis immò verò nauci sum & nullus; tantum abest ut eam (nisi fortè sim insensatus) reipsa præstare præsumam. Ideoq; pro humilimi & subjectissimi animi ingenua gratitudine devotè declaranda piis meis preculis ex intimis cordis mei penetralibus haustis ad Divinę Majestatis thronum provoco, eamq; piissimè sollicito, ut ille qui lucem inhabitat inaccessam, qui universi hujus mundi amphitheatri Effector & Moderator est solus & unus, Patriam meam charissimam Marchiam Brandeburgensem ut & Primatum & Archiepiscopatum Magdæburgensem & summos utrinq; Patres & Patronos ab omni malo & detrimento, ab omni clade & calamitate conservet, protegat & immensa sua potentia & divina gratia obumbret & perfundat ad divini sui nominis gloriam & venerationem; id quo ipso obnixè exopto, ut me quoq; hactenus tenuem & infirmum emplastris misericordiæ suæ corroboret & adjuvet, ut firmus & expeditus illis ministerio & officiis meis fiam frugi & utile organon in futurum. In tesseram tamen animi saltem per spem & vota eousq; quidem grati, at reipsa & intimè subjecti R. C. V. do dico dedico & consecro Collegium hoc ex jure feudorum de fidelitate & juramento clientelari publicum in inclyta potentissimorum Ducum Saxoniæ Universitate, quæ ad Salam viget, viret, floret, institutum. Quod quidem ea intentione adornavi, quia antehac postquã Lipsiæ & Wittebergæ faustè valere precatus sum, longa annorum serie in inclyta illa Universitate Salana studiis liberalibus insudavi, ut inibi jam annus studiorum meorum septimus decurrat; sed tamen quia aliò etiam mihi abeundum fuit, exterorum quoq; Camœnas salutatum, politicum statum politicosq; mores & ritus exploratũ, juridica imprimis Collegia Tübingæ, Heidelbergæ, Argentorati intravi,

in iisq;

in iisq; eousq; commoratus & in palæstris, ibi crebrò juridicis exercitiis calentibus, versatus sum usq; dum tandem in perve tusta & inclyta Universitate Rauracorum, quæ Basileæ florentissima est, & inde per omnem terram summæ laudis diademate coronatur, in utroq; jure Doctor sim privilegiatus; Itaq; ad hanc Salanam nostram inclytam iterum rediens atq; alta mente olim mihi benefacta recolens aliquantisper ibi adhuc semel subsistere volui; alicujus in gratam refocillationem amicabilis cum bonis jam olim Symmistis ad divinæ Themidos aram meis conversationis gratia; sed tamen ut quod agerem, haberem, hoc Collegium publici juris & usus ibi feci, tum ut undiquaque & passim Præceptores me JurisConsulti eximii suis oculis viderent, se antehac in me discipulo suo informando oleum & operam non frustra impendisse multò minus perdidisse; tum etiam ut publicam hîc mihi restaurarem palæstram, in qua cum multis eximiis & præstantissimis viris, disputatoribus acutissimis, liberales congressus facerem adeoq; vir virum exacueret & ad desiderium meum juvenis juvenem liberaliter provocaret & provocatum exerceret in jucundissimæ inde contractæ amicitiæ olim recordationem. Hoc sanè munus est levidense quod equidem profero homo de schola, disputator Academicus, quod in conspectum R.C. Vestræ depromere vix auderem, nisi R. C. V. amor erga literas humaniores & earundem cultores mirificus & inexplicabilis & omni per orbem terræ suspiciendus in spe & fiducia mea me corroboraret, qui efficit, ut confidam fore R.C.V. talis conatus meus nequaquam ut displiceat. Adjuvet me Deus ut primum hoc Principi subjectissimè oblatum monumentum meum faventissimum suum experiatur Patronum, & concedat mihi deinceps ad studia mea halcyonia, & sit mihi mens sana in corpore sano, & posthac equidem totis viribus enitar, ne adhuc alia mea scripta in apricum prodire erubescant. Datum Jenæ ex ἀσκητηρίῳ meo 13. Calend. Maji Anni 1618.

Reverendissimæ Celsitudinis Vestræ.

Subjectissimus

Valentinus Melasius Brandeb. March. D.

Clarissimo, Consultissimo & Excellentissimo Viro,

DN. VALENTINO MELASIO Brandeburgensi Marchico J. U. D. Fratri suo observando.

Dum juvat, & suadet laudabilis ardor honestæ
Indolis, hinc peregrè visere FRATER agros:
Dum juvat externas regiones visere, mores
Discere jungendos artibus ingenuis;
En modò fortè, viam rectà dum sterno Genevam,
Quam sibi selegit nostra Camœna scholam,
Publica vassorum fidei video monumenta,
Extruxit Jenæ quæ tua dia Themis.
Judicii tanti vires ego miror, & opto
Ad portam mea quò pòst quoque puppis eat;
Et grator tibi sincero de corde! vel hujus,
Quod præstas, laudem, vel mage laudis opus
Plenum, quod dias per Te nunc lucis in oras
Exit, & it passim docta per ora virûm.
Gratulor immo mihi de Te quoque Frater! & imo
Corde precor, servet Te mihi Jova diu!
Scilicet ut perstes studiorum firma meorum
Anchora, vel rebus fida medela meis.

Reliquit Hagæ

Bartholomæus Melasius Brandeburgensis Marchicus SS. LL. Studiosus.

cum Deo

Ex illustri Ernestina abituriens Genevam Allobrogum.

DISPU-

Digitized by Google

DISPUTATIO PRIMA

Continens

PERSONAS, A QVIBUS, ET PER QVAS FIDELITAS CLIENTELARIS EJUSQVE JURAmentum præstetur.

RESPONDENTE

CHRISTOPHORO LEBTZELTER LIPSIENSI MISNICO.

Παρασκευὴ SIVE PRÆLUDIUM.

NE dicamus, quòd ipsa tantùm Reipublicæ Compages, quin potiùs asseveremus, quòd universa generis humani societas conservetur & inconcussa perstet fidei constantiâ. Etenim ut gravis est Cicero noster in Officiis suis: Nihil magis secundùm Naturam est, quàm fides, id est, dictorum Conventorumq́, constantia & veritas. Ut itaq; omnibus in modis rerum agendarum, ita maximè in negotio feudali fidei firmitas & certitudo præpollet; quippe quòd modus sit feudi constituendi unicus & feudi requisitum omnium maximè substantiale. Quocirca ex feudorum placitis aliquot discursus conformaturi, id quod rei caput est, nucleus & ipsissima medulla, aggrediemur, &, quousq; divina voluerit voluntas, de fidelitate & juramento clientelari posthac aliquot dissertationibus agemus.

THESIS PRIMA.

Ut autem fidelitatem clientelarem ejusq; juramentum in suo esse

& sub-

& ſubſtantiali forma penitiùs introſpiciamus, primum ſit, 'ἐν πολυωνυμίαν vocabuli fidelitatis clientelaris excutiamus. Fidelitatem itaq; clientelarem vaſallus præſtat domino feudi, non quidem intuitu perſonæ & ſuiipſius neq; ratione habitationis aut domicilii; ſed tantummodò ratione feudi, quod à domino in beneficium tenet & poſſidet. *a)* Hæc fidelitatis appellatio in ſuo ſenſu clientelari in jure noſtro feudali duplicem habet ſignificationem: primò per fidelitatem clientelarem ipſa fides, & quæ fidelitate ea continentur, exprimuntur & promittuntur. *b)* Et hæc eſt propria nominis: fidelitatis clientelaris, ſignificatio. *c)* Secundò per fidelitatem clientelarem denotatur juramentum illud & promiſſio, quâ vaſallus ad fidelitatem illam præſtandam feudi domino ſe adſtringit. *d)* Et ſic per metonymiam adjuncti pro ſubjecto, contento ſumto pro continente, quia fidelitas illa eſt in juramento, adeoque contentum eſt, & juramentum fidelitatis clientelaris illam fidelitatem clientelarem continet, ut ſtatuit Roſenth. *e)* vel per metonymiam ſubjecti occupantis pro adjuncto occupato, utpotè dum vaſallus jurat, fidem intuetur & ad fidem domino præſtandam ſe ſanctè obligat. *f)*

a) *c. un. in fin. quid præced. deb. Schneid. p. 5. de feud. n. 63.* b) *ut in c. un. §. fin. per quos fiat inveſtit. in rubr. & nigro c. un. qual. jur. deb. vaſall. domin. fidelit. c. un. de form. fidelit. c. un. ibi ſuper fidelitatis juramento. de nov. form. fidelit.* c) *Roſenth. cap. 6. concl. 85. nu. 2. Vultej. lib. 1. c. 6. n. 3.* d) *prout definitur in hoc ſenſu in cap. un. in fin. quid præced. debeat. ubi F. inquit: fidelitatem dicimus jusjurandum quod præſtatur domino, eodemq; ſignificatu accipitur in c. un. § eſt & alia in fin. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. & in rubr. t. de form. fidelit. & t. de nov. form. fidelit.* e) *d. concluſ. 85. n. 3.* f) *per d. c. un. quid præced. deb. d. c. un. §. eſt & alia. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amittend. c. un. de form. fidel. & c. un. de nov. form. fidelit.*

II.

Hinc juramentum fidelitatis clientelaris & ipſa fidelitas clientelaris ita diſtinguuntur: I ut juramentum dicamus, ipſam promiſſionem juramento confirmatam, ſi id corporaliter & ſolenniter præſtetur, quod inveſtituram ſubſequi ſolet; *a)* Ejus verò juramenti exſecutionem ſeu effectum & præſtationem, dicamus ipſam fidelitatem

atem, & quæ ea continentur. *b)* II. fidelitas quatenus fidem udalem significat, est feudi forma substantialis, & pars ejus interna essentialis, & ab eodé sine ejusdem destructione & corruptio- abesse non potest, ut thesi sequenti evincemus; At verò quatenus fidelitas pro juramento, quod pro fidelitate servanda præstatur, ccipitur, est tantùm de naturalibus feudi, & propterea à feudo sine i mutatione aut corruptione & abesse & remitti potest, & feum, eo vel remisso vel non præstito, feudum manet. *c)* III. Juramentum civili ratione tantùm, fidelitatis scilicet firmandæ vel vasalli magis adstringendi causâ adhibetur in negotio feudali, & proterea non ipsum principale; sed accessorium tantùm feudi est. *d)*

(a c.un. quid praced.deb. b) sicuti illa exprimuntur in c.un. de for. elit. & c. un. de nov. form. fidelit. cujus causa scilicet feuda & bene- a conceduntur Johan. Thomas Marin. de generib. & qualitat. feu- r. t. 16. n. 5. c) *In hanc sententiam expressus est textus in cap. un. in per quos fiat investitur. ibi: nisi eo pacto acquisitum sit feudum, sine juramento fidelitatis habeatur. & in cap. un. circa fin. quæ fuit im. caus. benefic. amittend. quædam feuda ita subsistere dicuntur, pro his fidelitas non sit præstanda. Et in c. un. de capitul. Corrad. di- ur tale beneficium esse, ut fidelitas non sit præstanda. & c. un. de fide- in pr. dicitur beneficium quodlam esse sine fidelitate.* d) *arg. l. con- ititur 4. in fin. ff. de pignorib. Matth. de Afflict. decis. 320. Decian. nsil. 19 n. 203. Menoch. consil. 65. n. 29. vol. 1. Rosenth. c. 2. concl. 60. 1. Wesenb. de feud. c. 1. n. 13.*

III.

Fides itaque quatenus perfectam & integram continet fidelitam, & ea omnia comprehendit, quæ in specie in c. un. de nova rma fidelitatis exprimuntur, & quatenus usuifructui perpetuò in immobili constituto est innexa, Daß der Lehenman dem Lehenrn getrew vnd hold sey / propria & substantialis est feudi forma, æ non est in ullo contractu, quæq; nec remitti potest salvo jure odi, adeò ut fidelitas illa vasallo nec directò remitti possit, nec r indirectum & obliquum, puta paciscendo, ne vasallus propter loniam, id est, delictum aliquod erga dominum & ruptam fidem udo privetur *a)* Etenim si fides illa vel fidelitas feudalis pactis

 forsan

forsan & conventionibus contra feudi Naturam remittatur, feudum potiùs in aliud genus contractus transit, quàm ut feudum maneat aut dici possit. *b)*

a) *Matth. de Afflict. decision. Neapolitan. 129. n. 2. Johan. Thom. Marin. Capuan. de generibus & qualitatibus feud. t. 16. n. 11. Hanneton. lib. 4. feudor. cap. ult. Rosenth. c. 2. concl. 66. n. 3. & cap. 10. concl. 34. n. 60. Borchold. de feud. c. 1. nu. 20. Sonsbec. p. 2. nu. 34. Eguinar. Baro lib. 1. de benefic. t. 4. Duaren. cap. 2. n. 3.* b) *Siquidem pacta ad substantiam, essentiam & naturam contractus apposita, ipsum contractum mutant, reformant, & in aliud genus contractus reponunt l. cum manu sata 8. in fin. ff. de contrah. emtion. l. ubi donatur 27. ff. de mort. caus. donation. Rosenth. cap. 10. conclus. 14. n. 60. Wesenb. de feud. cap. 1. n. 19. Oldrad. consil. 169. Et si hujusmodi pacta contra contractus naturam aliud genus non inveniant, in quod actus transire & reformari possit, ipsum actum potiùs annullant, quasi nihil actum sit, ut fit in contractu matrimonii per tex. cap. fin. extr. de condit. apposit. Immò pacta contra substantiam contractus interposita nullius sunt momenti, ut tanquam inutilia rejiciantur, contractu in sua natura firmo manente l. cùm precariò 12. in pr. ff. de precar. l. obligationum 24. §. placet 1. ff. de O. & A. l. rogasti. §. si tibi. ff. de reb. credit.*

IV.

Fidelitas hæc clientelaris plenè & in se considerata est tutela feudalis, quâ ultrò citroq; dominus vasallo patrocinii, & rursus vasallus domino servitii tenetur. *a)* omninò namq; inter dominum & vasallum est reciproca; *b)* unde dominus vasallo conjunx & amicus dicitur. *c)* Ac respectu vasalli, fidelitatis feudalitiæ promissio est quædam cautio, qua vasallus domino feudi spondet, se illi fidelem fore, commoda ipsius promovere, damna avertere, & venerationem ei præstare velle. Er wolle dem Lehenherrn trew vnnd hold seyn/ dessen Nutzen fördern/ seinen Schaden wenden/ jhm auch gebührende Ehr erzeigen. *d)* Germanis dicitur die Lehenspflicht. *e)*

a) *cap. un. §. fin. de form. fidelit. c. un. qual. domin. propriet. feud. privetur. c. un. §. domino. Si de feud. defunct. cont. sit.* b) *Schrad. p. 6. c. 7. per tot. Vultej. de feud. c. 10. n. 37.* c) *c. un. in fin. pr. de not. feudor.* d) *c. un. de form. fidelit. c. un. de nov. form. fidelit. Bocer. tr. de in.*

vestit. c. 4. n. 10. c) *Knich. de sublim. territor. jur. cap. 3. n. 157. eid. p. 5. n. 62. & seq. Vultej. lib. 1. c. 6. n. 7.*

V.

idelitatis clientelaris promissio vel est nuda & simplex non juria; vel est juratoria. *a)*

Wesenb. cap. 8. n. 28. Vultej. lib. 1. c. 7. n. 31. Bocer. d. c. 4. n. 11.

VI.

implex est, quæ non nisi ex conventione contrahentium subputa si eo pacto constitutum sit feudum, ut sine juramento fitis habeatur. *a)*

c. un. in fin. per quos fiat investit. c. un. §. est & alia. vers. si tabeneficium. quæ fuit prim. caus. benefic. amittend. c. un. in pr. de l. Corrad. gl. in cap. un. qual. junir. deb. vasall. fidelit. Mozz. de ntial. feud. n. 20. Borch. c. 7. n. 37. Bursat. consil. 127. n. 17. vol. toch. consil. 65. n. 17. volum. 1. Rosenth. c. 6. concl. 68. Wesenb. d. Vultej. d. cap. 7. n. 31. Bocer. d. c. 4. n. 11. Ratio cur ita interdum juramenti toleretur quoad fidelitatem feudalitiam, est, quòd nnulli homines faciles sint ad jurandum contemtu religionis, men perquam timidi inveniantur, metu divini Numinis etiam superstitionem, l. quæ sub conditione 8. in pr. ff. de condit. instit.

VII.

i verò alicui juramentum fidelitatis remittatur, nihilominen interim ille ad ipsam fidelitatem, & omnia, quæ fideli- â continentur, adstringitur, non minùs quàm si eam solenrasset. *a)* Et investituræ renovationem intra legitimum is spacium petere tenetur. *b)* Ejusmodi vasallus feudi non s dicitur vasallus per non sacramentum. *c)*

r text. express. in c. veritatis 14. in fin. extr. de jurejur. & traudistæ in c. un. §. & alia. quæ fuit prim. caus. benefic. amittendi à Rosenth. c. 2. concl. 60. n. 2. & concl. 66. n. 2. Marin. de gener. & eud. t. 16. de feud. sine fidelit. Marian. Frer. lib. 2. de subinfeuôr. 4. n. 8. Intrigriol. q. 42. n. 6. Schrad. p. 2. c. 2. n. 27. & c. Zas. p. 12. n. 34. b) *Rosenth. c. 6. concl. 35. n. 6.* c) *c. un. in fin. min. proprietat. feud. privet.*



 Quòd

VIII.

Quòd si juramento clientelari remisso vasallus feloniam committat, non tamen insuper etiam perjurii pœna constringitur, quamvis nihilominùs feudo privetur. *a)*

a) *Tùm quia juramentum non præstitum, nec etiam violasse dici potest, licet fidem debitam ruperit; tùm hoc constat per c. penult. extra de jurejur. ubi Gregor. Pontifex tradit:: Si quispiam per juramentum anteà præstitum, at non corporaliter reiteratum postmodum simpliciter promiserit, licet illud transgredi non debuerit, eum tamen non teneri ad ejus observantiam ex debito præstiti anteà juramenti. E. multò minùs si juramentum prorsus non præstiterit; sed fidelitatem saltem promiserit stipulata manu, aut alioquin jure feudi ad eam observandam teneatur, ad ejus observantiam ex debito juramenti non præstiti teneri potest, nec perjurus fieri, licet propter fidelitatem ruptam feudo privetur, & ita justam pœnam luat. Idem sentit Schrad. p. 6. c. 4. n. 14. in fin. Et licet contrarium dicat Schoner. disp. 5. th. 162. nullus tamen ab eo allegatorum perjurii meminit.*

IX.

Juratoria fidelitas est, quæ præstatur juramento corporali antecedente *a)* Ipsa autem fidelitatis promissio semper & regulariter est juratoria, nisi jam dictum in modum conventione limitetur, unde in libris feudorum fidelitatis nomine simpliciter juramentum significatur, quòd domino à vasallo præstatur. *b)*

a) *Wesenb. d. n. 28. Vultej. d. n. 31.* b) *c. un. quid praced. deb. investit. &c.*

X.

De hac jurata fidelitate adeoque de Juramento clientelari, ut deinceps convenienter agamus, ejus tractatum ad decem hęc membra revocabimus: 1. Qui. 2. Per quos. 3. Quibus. 4. Contra quos. 5. Quo ordine. 6. Quando & quo tempore. 7. Quo loco. 8. Qua forma fidelitatem hanc feudalem promittere teneantur. 9. Ut per contraria procedamus, quibus casibus jurare non sit necesse, videbimus. 10. Deniq, de cognatis hujus juramenti clientelaris quædam attexemus.

PRI-

PRIMUM MEMBRUM.

IIS QVI FIDELITATEM FEUDALITIAM PROMITTERE ET JURARE TENEANTUR.

XI.

ui juramentum fidelitatis clientelaris domino feudi præstare
ttur, ad has septem classes possunt transferri. 1. Ut ad illud
teneantur omnes sine discrimine sexus. 2. Sine discrimine
fideratione ætatis. 3. Sine discrimine dignitatis. 4. Sine
nine status & conditionis. 5. Sine discrimine quantitatis
æ & numerorum. 6. Sine discrimine qualitatis. 7. Sine dis-
e quantitatis continuæ.

DE PRIMA CLASSE.

XII.

imò itaque præstare juramentum fidelitatis vasalli tenentur
sine discrimine sexus. *a)* Et primùm omnium de masculis
est dubium secundùm omnes Feudistas.

*l. & Alvarott: in c. un. §. præterea si quis. de probib. feud. alie-
r Frider. Curt. p. 4. n. 57. Schmd. p. 6. c. 1. n. 1.*

XIII.

ecundò fœminæ ad juramenti fidelitatis clientelaris præ-
iem tenentur; id quod ut ratione, ita & auctoritate non ca-

*quia omnes omninò juris feudarii textus, in quibus juramenti
di mentio fit, generaliter loquuntur, ex quibus est c. un. in fin. per
t investitur. c. un. in fin. ibi: jusjurandum quod à vasallo præsta-
uid præced. deb. & c. c. un. in pr. ibi: debeat jurare vasallus. t.
asall. jurar. deb. eos itaq; & nos generaliter exaudiamus de omni
sive fœmina sive masculo arg. l. de pretio. 8. ff. de publ. in rē act. l.
9. §. 1. ff. quod met. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præstandis.
pronunciatio sermonis in masculino sexu plerumq; ad utrumq;
porrigitur l. 1. l. pronunciatio 195. in pr. ff. de V. S. d. l. qui duos 62.
de legat. 3. l. si quis id. 7. §. 1. ff. de jurisdict. l. 3. §. 1. ff. de N. G.
ff. de constit. pecun. l. 65. §. 6. ff. de legat. 3.* III. *quia fœminæ
alioquin*

alioquin etiam jure civili à juramenti præstatione non repellantur l. qui jurasse 26. in pr. ff: nihil refert cujus sexus. ff. de jurejurando. IV. *quia hoc quod ita jure civili est dispositum, jure feudali immutatum non reperitur, cur ergò stare prohibeatur. l. sancimus 27. C. qui testament. fac. poss. l. præcipimus 32. in fin. C. de appellat.* V. *quia licet fœminæ natura sua videantur inhabiles ad ea, quæ juramento fidelitatis continentur, ut in primis ad servitia militaria, quod dubium movit Parisio consil. 16. n. 5. lib. 1. dum tamen ad feuda ipsa habilitantur, etiam ad ea, quæ feuda requirunt, habiles esse censentur. arg. l. si quis filio 6. §. sed & si quis. ff. de injust. rupt. irrit. testam.* VI. *si forsan talia sint servitia feudi, quæ sexum fœmineum non decent, ea per substitutum puta per maritum vel filium fœmina expedire potest, vel etiam eò portionem fructuum contribuere. Rosenth. c. 8. concl. 55. nu. 16. ibiq; lit. p. & q. allegati. Et hanc sententiam ut veriorem tenet Speculator in tr. de feud. §. quoniam. n. 41. & post eum Schrad. p. 6. c. 4. n. 8. Schöncr. disp. 5. th. 164.*

DE SECUNDA CLASSE.

XIV.

Secundò omnes vasalli tenentur juramentum clientelare præstare sine discrimine ætatis, dummodò sint puberes & annum decimum quartum ætatis jure feudali communi compleverint. *a)*

a) *arg. c. un. §. si minori. & §. si quis decesserit. si de feud. defunct. content. sit. inter dom. & agnat. vasall. c. un. §. si quis in feud. de prohib. feud. alien. per Frideric.*

XV.

Notandum autem hîc accuratè, quòd discrepantia sit inter jus civile, commune & jus feudarium, quoad ultimum terminum & impletionem annorum impubertatis & initium pubertatis. Nam jure civili ætas pupillaris aliter in masculis puta 14. annis exactè completis, aliter in fœminis puta duodecim annis exactè completis finitur. *a)* At verò jure feudorum ætas pupillaris præcisè 14. annis completis sine discrimine sexus vel masculini vel fœminini finitur. *b)* Deinde quòd rursus sit discrepantia inter jus feudorum commune & Saxonicum quoad impletionem annorum ætatis pupil-

llaris: Nam jure feudorum communi, ut jam dictum, pupil-
ætas quoad utrumque sexum finitur annis 14. exactè comple-
at jure feudorum Saxonico demùm 13. annorum & sex septi-
ıarum spacio. *c)*

) *l. fin. C. quand. tut. vel curat. esse desinant.* b) *ut probat tex. in ap. un. §. preterea si quis infeudatus. de probib. feud. alien. per ler. qui ut generaliter loquitur, ita etiam generaliter de omni sexu idiendus est; atque hanc sententiam probant post Bl. Laudens. rott. & Jacobin. de S. Georg. Jul. Clar. in §. feudum. q. 49. n. 4. sed quid in fæmina. Schneid. p. 5. n. 29. Vultej. c. 7. nu. 66.* c) *per* Landrecht *art. 26. ibi:* Ist er in der Jahrzahl dreyzehen Jahr und Wochen von jhrer Geburt. *& gl. in* Weichbild *ad art. 26. Schneid. 5. n. 29. & ad prin. n. 4. I. quib. mod. tutel. finitur.*

XVI.

Pubes tamen adolescens vel minor 25. annis jure civili, & 21. Saxonico, tantùm volens ad juramentum fidelitatis præstan- admittendus est perinde ut in contractibus, ubi Sacramenta noribus præstita inviolabiliter servanda sunt; *a)* at verò invi- cogi nequit.

) *auth. Sacramenta puberum. C. si adversus vendit. & infr. mem- 9. de hac fidelit. fusiùs dicetur.*

DE TERTIA CLASSE.

XVII.

Tertiò, fidelitatis clienteralis juramentum omnes vasalli præ- e tenentur sine discrimine dignitatis, ut nihil referat, utrum illus sit inferior, an supremus superiorem non recognoscens. que si Imperator vel Rex vel alius superiorem non recogno- is ab aliquo inferiorum feudum tenet & recognoscit, omni- ipsi ut domino suo quoad feudum tale fidelitatem cliente- em seu juramentum fidelitatis præstare tenetur. *a)* Hoc ta- n ipsi ob reverentiam Imperatoriæ Majestatis dominus infe- r remittere poterit, id quod arbitrio & politicæ ejusdem dis- tioni ac judicio relinquitur. *b)*

a) *uti hoc probatur* I. *per expreß. textum t.inter extravagantes 100. Imp. feud.amitt.vel alium pro se fidel.dar. ubi hoc disertè quasi per discursum asseritur.* II. *hoc probat post Ægid.Bellamer.consil. 48. nu. 10. Zas.p.5.n.73.arg.l.quisquis 16.ibi: ut & capitationis sarcinā per ipsum dominum agnoscere compellatur.* C.*de Episc.* & Cler.*& sequitur Schrader.p.6.c.4.n.9.* III. *Quando Imp. vel Rex in jure feudario ab omni juramento exceptus dicitur, hoc exaudiendum est tantùm de juramento vasalli, quod dominō suo præstitit, quia etiamsi vasallus domino suo fidelitatem juraverit, semper tamen Imp. & quisquis superiorem non recognoscens contra dominum illum vel nominatim excipiatur c.un. de nov.form.fidelit.c.un.in fin.de probib.feud.alienat.per Frider.vel si nominatim exceptus non sit, tacitè tamen & jure ipso exceptus censeatur, arg. cap. venientes 19. §. quia verò. in fin. extr. de jurejur. Schrad.p. 6. cap. 5. n. 6. verf. tertiò Imperator.* E. *quando Imp. feudum accipiendo vasalli vicem subit, utiq; ipse etiam domino licet inferiori utpote Duci vel* Comiti, *juramentum clientelare tenetur præstare.* b) *Atq; ita utplurimùm observari credit Dn. Lucas Beckmannus Jureconsultus Wittebergensis in prælect. suis feudal.t.de fidelitate & juramento clientelari, ut juramentum hoc Imperatori vel remittatur, vel etiam per substitutum ab ipso præstetur, ut etiam innuit & probat arg. l. ad similitudinem 21. ibi: per substitutos periculo suarum facultatum Curiæ muneribus satisfacere non vetentur. C. de Episc. &* Cler.*Zas.p.5.n.73. quippe quod illud salva Imperii Majestate ipsemet Imp. vix præstare possit, ut inquit Jacob.* Cujac.*ad t. 100. lib. 5. feudor.Imp. feud. amitt. vel al. pro se fidel. dare.*

DE QVARTA CLASSE.

XVIII.

Quartò juramentum fidelitatis clientelaris omnes vasalli præstent sine discrimine status & conditionis. Primò itaq; Clericus hoc juramentum præstare tenetur. *a)*

a) I. *per tex. expreß. in c. nimis 30. ibi: nihil temporale obtinentes arg. à contrario sensu sumto. extr. de jurejur. & probat Alvarott. in c. un.n.4. verf. sed an* Clerici. *qual. jurar. deb.vasalli.Schneid. p.4. n. 17. verf.non tantùm. Intrigriol. q. 56. n. 216. Vultej. cap. 7. n. 36. per notata. in c. verum. extr. de for. compet. & in d. c. nimis. & cap. petitio extr.*

de jurejur. II. *quia etiam in aliis, quæ feuda concernunt, Cleri-corum mores & leges observant, c. verum. extr. de for. compet.* *quia adeò clerus propter avaritiam & propter suam utilitatem es & leges feudales à laicis inventas & gubernatas approbavit, ut m Constitutionib. editis eas sequendas esse, & juramentum fidelitatis stari ipsi Pontifices jusserint ut inquit Rosenth. c. 12. concl. 5. n. 46.*

XIX.

Secundò, licet Ecclesia ipsa juramentum fidelitatis clientelaris stare non teneatur; *a)* Attamen Præsules & Prælati ejus non qui nomine Ecclesiæ; sed nomine suo, sive ipsi per se sive per Pro-torem juramentum fidelitatis clientelaris præstare compellun-*b)*

) Quia Ecclesia non per se, sed per suos Prælatos feuda & bona oralia possidet Bl. in prælud. feud. divis. ult. n. 57. Mozz. t. de division. or. n. 19. Intrigriol. q. 30. n. 13. Jure quidem feudorum primo ut ipsa sia ab hoc immunis fuit, ita & ejus Præsules & Prælati eadem li-te & immunitate gavisi sunt tanquam integrum cum omnibus suis bris, ut probatur I. per expr. tex. c. un. Eccl. fidelit. non facere. t. 101. uia nec ipse Imp. ignoravit Ecclesiam non per se, sed per suos Præla-euda & bona temporalia possidere, & tamen nihilominus Ecclesiam oinde etiam ejus Prælatos ab juramenti præstatione immunes esse it. III. quia tanta semper antiquis fuit auctoritas & reverentia Ec-Rom. ut ei etiam plusquam Imperatori suo indulserint, ut ex d. c. constat, adeoq; ita ut jam modo prædictum, fidelitatem Prælatos fa-est nihil aliud, quàm textum Constitutionis Imperialis in d. c. un. f. fidel. non fac. t. 101. illudere, ut & ipsum Imp. & reverentiam anti-um. Sed hodiè usus aliter observat scil. ut Prælati vel Præsules no-Ecclesiæ vel ipsi vel per Procuratorem juramentū fidelitatis clien-is præstēt, ut præter Dd. allegatos notat Hart. ab Hoppingen lib. 2. . obs. t. de feud. 54. obs. 4. n. 5. & 6. Et insuper hoc Bonifacii VIII. ificis expresso decreto confirmatum ac proinde juri feudali deroga-est, in c. un. §. verum quando Abbatissa 2. extr. de stat. regular. in Quinimò textus juris feudaris in d. c. un. Eccles. fidel t. non facer. c. extraordin. reperitur, & propterea minus auctoritatis ha-vel veriùs partim contraria observantia, partim etiam ipsorum icorum conniventia in desuetudinem abiit, arg. eorum quæ tradit

 Rosenth.

Rosenth. d. c. 12. concl. 5. nu. 46. Et denique pro hoc facit ratio diversorum: utut enim Ecclesia fallere & pejerare non possit, Prælati tamen ac Præsules feuda Ecclesiæ nomine accipientes ac tenentes fallere utiq; ac perfidi existere possunt. Intrigriol. q. 20. nu. 13. Mozz. tit. de divis. feud. n. 9.

XX.

Tertiò, de laicis vasallis, quòd juramentum fidelitatis clientelaris præstent omnes, nullum est dubium, sive sint patresfamiliàs sive filiifamiliàs. *a)*

a) *Nam filiifamiliàs quatenus feuda possident, in iis tanquam bonis Castrensibus pro patribusfamiliàs & dominis habentur, & propterea juramentum hoc clientelare præstare coguntur. arg. l. vulgò præsumitur 7. ff. de in lit. jurando; nisi quid aliud puta vel ætas vel simile quid illos excuset.*

XXI.

Quartò, sic etiam tutor ut & curator si tantam affectionem pupillo aut adolescenti suo præstare, & pro eo volens jurare velit, jure hoc ipsi permittitur, & arbitrio ipsius relinquitur, an id facere velit per se solus vel unà cum pupillo suo: atq; hoc casu sive solus sive cum pupillo id faciat, semper illud ab ipso nomine pupilli vel adolescentis fiat. *a)* Sin nolit non tenetur. *b)*

a) *c. un. §. si quis decesserit. si de feud. defunct. content. sit. arg. l. videamus 4. vers. si tamen. ff. de in litem jurand. Jacobin. de S. Georgio in verbo: qui quidem investit. n. 12. & 24. Alvarott. in c. un. §. si minori. n. 6. si de feud. defunct. cont. sit. Vultej. c. 7. n. 64.* b) *ut membro 9. dicetur.*

XXII.

Quintò, quilibet vasallus ad hoc tenetur, etiamsi non investitura, sed præscriptione vel sententia feudum sibi acquisierit. *a)*

a) *Siquidem feudum præscriptione alicui acquisitum in omnibus & per omnia naturam veri & proprii feudi sapit; & sententia feudum constituens ei omnes proprietates & qualitates veri feudi addit, arg. l. sed etsi possessori 11. §. 1. ff. de jurejur. Schrad. p. 6. cap. 1. n. 3.*

Sextò,

XXIII.

Sexto, etiamsi pater vasallus pro se & filio suo & successoribus juraverit, nihilominus tamen eo mortuo, filius investituram re & juramentum fidelitatis præstare tenetur, non attento jure i, quo pater & filius pro una persona habentur. *a)* Secus ta- si in investitura expreßè adjectum sit, quòd talis investitura pa- etiam filii ipsius prosit. *b)*

I. Ratio: quia fides juramenti non transit ad heredes jurantis. l. raliter 12. in pr. C. de reb. credit. II. *quia juramentum non obli- nisi animam jurantis, Br. in auth. quod obtinet nu. 3. C. de probat. bin. de S. Georg. in verbis: qui quidem investiti. nu. 35. & seq. quia in alterius animam nemo jurare potest, nisi ab eo speciale datum de hoc habeat, ut infra de Procuratore dicetur; Ideoq; hinc rte jurantis juramentum merè personale dicitur, Innocent. in c. tatis. in fin. ibiq; Bl. in fin. pr. & alii CC. extr. de jurejur. Jacobin. Georg. in verb qui quidem investiti nu. 36. Sichard. ad d. l. ge- liter 12. nu. 9. 10. & 11.* C. *de reb. credit.* IV. *quia fidelitas est i quædam species personalis servitutis, Bl. in c. veritatis. n. 4. extr. rejur. ideoq; inde vasalli successores feudales domino fidelitatem re coguntur: c. ult. in pr. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt.* b) *rad. d. c. 1. n. 4. post Bl. consil. 301. lib. 1.*

XXIV.

Septimò, si pater vel agnatus feudo propter delictum vel felo- m privatus est & feudum propterea ad filium vel alium agna- n devolutum est, iterum filius vel agnatus ille juramentum fi- itatis præstare tenetur. *a)*

a) *Etenim regula generaliter nervum habet in c. un. in fin. per quos investit. Nulla investitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere re- sat. Matth. de Afflict. in hoc ipso c. un. §. sed & res. n. 34. Jacobin. de Georg. verb. & cum pacto. n. 40. Schrad. p. 6. c. 4. n. 5.*

XXV.

Octavò, si vasallo propter delictum admissum feudum à domi- ablatum; sed deinceps ab eodem restitutum sit, vasallus ille ad- c iterum investituram petere & juramentum præstare compelli- r. *a)*

 a) *Nam*

a) *Nam & huc dicta regula vires suas exporrigit. Andr. de Isern. Alvarott. Præposit. Afflict. in d. §. sed & res. n. 35. Schrad. d. n. 5.*

XXVI.

Nonò, quandocunq; ipsa investitura renovatur, domino feudi fidelitatis juramentum præstandum est. *a)*

a) *c. un. in pr. & §. 1. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. cap. un. §. nulla. & ibi Alvarott. n. 6. Præposit. n. 9. per quos fiat investit. c. un. in pr. de capit. Corrad. Schrad. p. 6. c. 7. n. 1.*

XXVII.

Decimò: itaq, successor vasallus nihilominus tenetur juramentum fidelitatis præstare, etiamsi vasallus defunctus juraverit domino fidelitatem pro se & successoribus suis. *a)*

a) *cap. veritatis. & ibi Abbas & Bl. extr. de jurejur. Alvarott. & Matth. de Afflict. in pr. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. Schrad. d. c. 7. n. 6. & alii ab eo allegati.*

XXVIII.

Undecimò, vasallus nihilominus fidelitatis juramentum domino præstare tenetur, etiamsi longo vel longissimo tempore illud domino non præstiterit. *a)*

a) *Roland. à Valle consil. 53. n. 18. lib. 2. Schrad. d. c. 7. n. 11.*

XXIX.

Duodecimò, vasallus qui de feudo conditionato & improprio investitus est, etiam tenetur ad juramentum fidelitatis præstandum. Etenim licet non ad alia præter expressa servitia teneatur, nihilominus tamen ad juramentum fidelitatis domino præstandum & ad capitula fidelitatis obligatur. *a)*

a) *Andr. de Isern. & Alvarott. in cap. un. §. fin. de capit. qui Cur. vendid. Rationes pro hac & aliis præcedentibus Conclusionib. spondent hæ.* I. *quia fidelitas est feudi requisitum maximè substantiale, c. un. §. fin. quæ fuit prim. caus. benef. amitt.* II. *quia consuetudines feudales generaliter sanciunt, ut vasallus domino fidelitatem præstet, & omnes vasalli ut & conditionati juramentum fidelitatis domino præstare coguntur. arg. l. 1. §. 1. ff. de legat. præstand. l. non distinguemus 37. ff. de recept. l. metum. 9. §. animadvertendum 1. ff. quod met. caus. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem act. Schrad. d. c. 7. nu. 6.* III. *quia primitus ideò inventa sunt feuda, ut præmium & auctoramentum essent, quo Impp. & Principes vasallos & milites ad defensionem Imperii devinctissimos*

haberent Piso in Suac.in prælud.feud.c.5. Andr.Knich.de sublimi tor.jur.c.1.n.135.& seqq. IV. *quia feudum ipsum à fide vel fideli-lictum est, ideoq; qui fidelitatem facere recusat, & consequenter si llus conditionatus juramentum fidelitatis facere recusat, ut cui emissum non est, licet servitia aliqualiter ipsi sint remissa, nulla ei litura fieri debet c.un.in fin. per quos fiat investitura.*

DE QVINTA CLASSE.

XXX.

uintò, juramentum fidelitatis clientelaris præstare tenentur o- vasalli sine discrimine quantitatis discretæ & numerorum, ut eferat, utrum vasalli sint personæ plures collectivè & univer- ,an singulariter & distributivè. Primò itaq; plures personæ tivè,ut si universitas, civitas,vel collegium vel quævis alia cō- feudum habeat,hoc juramentum fidelitatis feudalitiæ præ- nentur,non quidem ut omnes personæ de universitate jurare habeant; sed ut sufficiat,per quem res agi solent,puta per ad- ratores civitatū,Syndicos aut Procuratores jurasse. *a)* Non- am ipsi universitatis Seniores tres vel quatuor in persona vel um Consules & Primores sine administratoribus hoc jura- m clientelare præstare solent, quod tamen fit rarissimè, uti xperientia cotidiana testis est locupletissimus.

er expr.tex.in l.municipib.97.ff.de condit.& demonstrat. Quippe d quod ad universitatem pertinet non ad singulos ut singulos per- ntelligatur, l.7.§.1.ff.quod cujusq; universit. nomin. & constat tantùm 6. §. universitatis.ff.de R.D.l.sed si hac 10.§. qui manu- r 4.ff. de in jus vocand. c. qui manumittitur.c.12.q.5.Schneid. . Hart.Hart. ab Hoppingen t. de feud. obs.3. Intrigriol. q.56. ebrad.p.6.c.4.n.24. & vide infr. th.50.

XXXI.

ndò, plures distributivè personæ,ut plures defuncti alicujus heredes filii vel agnati hoc juramentum fidelitatis clientela- tare coguntur, sed de pluribus ejusmodi heredibus seu ag- s variat & distinctum est, quod ut ordine cognoscatur, casus sunt attendendi. Primus casus: Si plures sunt i alicujus vasalli heredes, sed in divisione hereditaria i illius vasalli, feudum totum & in solidum ad unum he- ervenit, ille solus ad juramenti clientelaris præstationem

tene-

tenetur, non etiam reliqui cohæredes, qui de feudo nihil possident, etiamsi illis in judicio familiæ herciscundæ in satisfactionem & recompensationem pecunia vel alia bona allodialia obvenerint, jurare coguntur. *a)* Est tamen hujus juris, quod heredes attinet, exceptio de jure Saxonico; Nam hoc jure licet prædictum in modū quędam bona allodialia acceperint, si modò ad spem successionis obtinēdam, adhuc simultaneam manum, die gesamte Hand/ retinuerint, nihilominus, quàm alii simultaneè investiti, jurare coguntur. *b)*

a) *Zas.p.7.n.10.Sonsbec.p.11.n.14. Wes.c.8.n.9. Borch.p.1.c.7.n.33. Mozz. de substantial.feudor.n.18. Vultej.c.7.n.93. in fin. Schneid.p.5.n.11. Bammachar. ad §.omnes filii. nu.15.c.un.si de feud. defunct. content.sit. Idq; pbatur:* I. *per expr.tex.c.un.§.omnes filii.ibi:quod si feudum ex divisione ad unum tantùm pervenerit, ille tantùm faciet fidelitatem.d.t.si de feud.defunct.content.sit.* II. *facit pro hoc ratio possessionis: quia hîc solus ille possidet, ad quem ita in solidū pervenit, ideoque etiam solus vasallus debet censeri arg.l.sed mihi 3.§.heres 3.ff.commodat: Octav. Bammachar.ad d.c.un.§.omnes.n.15.d.t.* b) *arg.c.5.& 6. in* Landrecht. *& probat. Constit.* Electoral. *45.* §. der gesamten Hand aber. *p.2.cap.1.n.7. & paulò pòst de hoc jure pluribus dicetur.*

XXXII.

Secundus casus: Si plures sunt defuncti alicujus vasalli heredes, filii vel agnati, sed feudum patris vel agnati omnes pro indiviso retinent & possident, omnes & singuli jurare tenentur & unum pro omnibus jurare non sufficit. *a)*

a) *per tex.expr.in d.c.un.§.omnes.si de feud.defunct.content.sit. & hoc minus dubium habet per ea, quæ jam sequuntur.*

XXXIII.

Tertius casus: Si plures sunt defuncti alicujus vasalli heredes, filii vel agnati, & feudum inter sese diviserunt, omnes & singuli itidem sine ullo discrimine & indistinctè scilicet pariter, ac si pro indiviso in commune possideāt, etiam tum quando feudum divisis inter se partibus possident, jurare coguntur, & quidem non collectivè, ut unum juramentum sine aliorum mandato præstitum non sufficiat; sed singuli viritim jurare compelluntur; *a)* licet alii coheredi specialiter hoc etiam demandare possint, ut mox subjiciemus.

a) *Laur.*

Laur. Sylvan. de feudi recognitione. q. 105. Alvarot. & Schenck. in §. omnes. Zas. p. 7. n. 10. Carol. Molinæ. in consuetudin. Paris. §. 2. gl. 2. Sonsbec. p. 11. n. 13. & 14. Schrad. p. 6. c. 1. n. 6. Hart. Pistor. q. 47. libr. 2. Wurms. t. de feud. obs. 27. Vultei. c. 7. n. 88. Et probatur I. per §. omnes. si de feud. defunct. cont. sit. ubi Feudista ait: omnes, filii ejus, quisivit feudum, fidelitatem facere debent, maximè si indivisum ha- Quo loci dictio: maximè, habetur, quæ sua natura & nativa si- tione est implicativa, ut explicando casum minus dubium implicet udat casus magis dubium, l. qui se patris. C. unde liber. l. actio. ff. de l. 1. C. de rescind. vendit. Hart. Pistor. q. 47. n. 10. libr. 2. ac proinde q. casum, tùm si feudum adhuc indivisum sit, tum etiam si in partes tum sit, comprehendit; licet interdum eadem dictio sit exclusiva, & nquam vel sæpiùs in jure civili accipiatur pro eo, quod est utique, non iliàs idem sit, sed quasi aliàs idem non sit, ut in l. usucapionem. 9. ff. apion. l. 3. ff. de Concubin. l. 2. C. an servi ex suo fact. l. 12. §. si ff. de fund. instruct. vel instrument. legat. & similib. Barnab. Bri- . n. de V. S. in verbo: maximè, allegatis. II. Hoc clarius probat pr. in c. un. § præterea si ducatus. de prohibit. feud. alienat. per Fri- bi Feudista explicitè & disertè ait; omnes, qui partem feudi habent visi vel etiam dividendi, id est, adhuc indivisi, fidelitatem faciant. hic textus facit, ut de d. c. un §. omnes, omne dubium nobis eximatur. acit hac ratio possessionis; quia unusquisq; heredum eo ipso, quo tenet n suam feudi, sive divisam sive indivisam, sive limitibus distinctam, si- tellectualiter, eam tamen possidet, & ex ea possessione censetur etiam mini Vasallus pro ea parte quam possidet, & cujus emolumentum per- t propter ejusmodi emolumentum domino suo fidelis esse, & propterea fidelitatem facere & jurare cogitur. Molinæ. in consuetud. Paris. §. 2. 32. Hart. Pistor. q. 47. n. 5. Vult. d. c. 7. n. 88. IV. Hanc communem am Interpretum sententiam etiam in terris Electoratus & Ducatus ci observari testatur Pistor. d. q. 47. n. 5. Et quamvis eidem eodem n. feudario Saxonico in den Sächsischen Lehnrecht. *in c. 29. & 32. hæc res aliter disposita videatur, illam tamen juris Saxonici dispositio- su receptam non esse ipsemet fatetur, & insuper in dd. capit. de jura- præstatione plurimum heredum nihil dispositum est.*

XXXIV.

Certum itaq; est ex hisce modò traditis, quòd plures unius

defuncti vasalli heredes singuli & omno dominus feudi fidelitatem debeant jurare. Sed his obloqui videtur c. un. si plures sint domin. vel vasall. an plur. fidelitat. vel servitut. deb. t. 77. in extraordin. ubi F. quisquis ille sit, ait: Cùm plures fratres vasalli paternum habent beneficium, donec illud indivisum possident, una fidelitas & unum servitium domino fieri debet. Si verò partitum fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates. Ecce hic F. distinguit inter casum feudi indivisi, ut in quo plures heredes viritim jurare necesse non habeant; & divisi, quò sigillatim heredes debent jurare; cum tamen antè ex pluribus textibus in primis ex c. un. §. omnes filii. si de feudo defunct. cont. sit inter domin. & agnat. vasal. & c. un. §. præterea ducatus. de prohibita feudi alienatione per Frideric. assertum fuerit, quòd omnes heredes vasalli debeant domino suo fidelitatem jurare sive indivisum sive divisum fuerit feudum. Quid ergo statuendum? a)

a) Primò *quidem hic textus adeò urgens visus est Cujacio, ut inde talem distinctionem feudi indivisi vel divisi admiserit, & propterea criticam adhibuerit manum, d. c un §. omnes filii, si de feud. defunct. ac pro eo quod scriptum est: maximè si indivisum habent, legerit: si divisum habent; atq; sic concordare autumat hunc textum, cum textu in d. c. un. si plures sint domin t. 77. scilicet si divisum habeant feudum, omnes jurent heredes vasalli, secus si indivisum; atque ad comprobationem hujus emendationis suæ adducit c. un. §. præterea ducatus. de probibit feud alien. per Frider. ubi dicitur, omnes qui partem feudi divisi vel jam dividendi habent, fidelitatem facere debent.*

Secundò *Hottomannus illam quidem Cujacii emendationem improbat, tùm quia tantum abest, ut per d. § præterea ducatus. corrigendus sit textus in d. c. un. §. omnes filii, ut potiùs lectio vulgata eo comprobetur, dum dicitur: Omnes qui partem feudi habent divisi vel jam dividendi fidelitatem faciant. Tum Hottoman subjicit: & verò ut legamus in d §. omnes: divisum, non tamen inde sequitur feudo indiviso unam duntaxat fidelitatem deberi; sed potiùs hoc etiam, tum quando feudum indivisum est omnes jurare debere, propter naturam dictionis implicativæ:* maximè, *de qua jam ante dictum. Sed tamen Hottomannus illam repugnantiam*

textuum,

…",tanquam quæ conciliari non posit, in medio relinquit, adeoq; ad antinomiam.

Tertiò *Hartm. Pistor. d. q 47. post Molinæ. in consuetudin. Paris. …l. 4. n. 32. utriusque loci adducit hanc conciliationem: quando in … omnes filii, dicitur quod omnes filii fidelitatem faciant, tunc hoc ita …liendum, quod unusquisque pro sua tantum parte juret, & sic pro illa … parte defunctum repræsentet, ac proinde omnes collectivè juran…iam defuncti personam suppleant, atque ex hoc ipso etiam juramen… omnibus præstitum, rectè una fidelitas appelletur. Ergo ipsi here… ab omnibus & singulis heredibus præstita, quæ reipsa & in veritate facto non una est, sed plures sunt, una tamen dicitur, scilicet fictio… sive ratione effectus. Verùm talis fictio ex jure feudali nondum …a est.* Nam in *d. § omnes filii, dicitur; fidelitatem à pluribus præ… non pro una haberi; sed unam fieri debere, adeoque non quæritur …uod effectu unum sit, sed reipsa & per se, cùm contradictionem im…in adjecto, ut id quod actu & in facto multum est & plurium, sit …o unum: aut si dicatur ita fictum esse, plasma, figmentum & fal…st, & abs rei esse alienum; tum denique hac ratione per fictionem …ctu omnia omnium juramenta essent unum, ut quod ita fingi posset; …dum.*

…uartò *Dn. Herm Vultei. lib. 1. de feud. c. 7. fidelitatem quantumvis …ib. præstitam statuit unā ratione unius indivisi feudi hoc argumento: …un. si plur. sint domin. vel vasall. &c. feudum divisum opponitur indi…ubicunq; autem est divisum, ibi illud præsupponit totum. Totum autem …æsuppositum est feudum; Partes autem hujus totius fiunt ex adjuncto …arum, ut nimirum tot sint partes, quot sunt personæ in feudo concur… Hæ partes vel pro indiviso habentur, prout in toto sunt & manent …, nec ab eo separantur. & sic sunt totum feudum, & intellectu magis …tur partes quàm corpore; vel habentur pro diviso, & tunc singulæ … singulare & peculiare constituunt totum non solùm intellectu, sed et… …orpore. Iam sicut feudum non divisum unum est, ita fidelitas, quæ de … promittitur, una est; quoniam illa promittitur propter feudum, & ite… …icut feudum unum est, ita etiā una fidelitas fieri ab eo debet quæ an ab …el pluribus fiat, nihil interest, quò minus fit & dicatur fidelitas una, …iam non personas, quæ eam faciunt, sed rem, cujus contemplatione eam*

 faciunt,

faciunt, attendimus. vult dicere: feudum indivisum est totum unum ex pluribus personis contentis constitutum: At fidelitas talis indivisi feudi à pluribus promittitur. Ergo & fidelitas est tota & una ex pluribus personis constans. Ergo in d. c. un. §. omnes filii. Si de feud. defunct. content. sit, dicitur; quod omnes filii fidelitatem faciant, maximè pro indiviso feudo; At in d. c. un. si plures sint, domin. vel Vasall. &c. quaeritur an talis fidelitas sit una an verò plures? quae bellò conveniunt & sibi minus repugnant. Sed & haec sententia non placet. 1. Quia feudum indivisum, ut totum non constat ex personis ut suis partibus, verùm ex suis partibus feudi vel feudalibus; & personae ut partes adjunctae aliquando possunt constituere unum totum adjunctum videlicet vasallum unum logicè consideratum, prout quaestio efferatur; sed in proposito quoad feudum indivisum plures sunt vasalli jurantes numericè separati, & sic totum non sunt. 2. Non sequitur fidelitas à pluribus praestatur intuitu unius numerici feudi indivisi. E. numero una est quamvis à pluribus jurata; sed adhuc plures sunt numero fidelitates ratione personarum & vasallorum in feudo collectivè concurrentium, & plura possunt esse adjuncta occupata unius subjecti occupantis. 3. Si talis fidelitas una sit propter feudum, utiq; effectu una est, quo feudum attingit & afficit, non essentia sua de qua quaeritur. 4. Si talis fidelitas una est effectu, vel respectu unius feudi adeoq; fictione, quorsum prodest rejicere sententiam Pistoris, utpote quam hoc modo praeter opinionem approbat.

Quintò: *Idem Pistoris q. 47. n. 11. & Vultei. d. n. 91. in fin. quos sequitur etiam Iureconsultus Wittebergensis Dn. Lucas Beckmannus in suis praelectionibus feudalibus. t. de fidelitat. & jurament. clientelari, statuunt, quòd si sua quaelibet propositarum sententiarum alicui non satisfecerit, ille inhaereat potius verbis manifestis d. c. un. §. omnes filii. & d. c. un. §. praeterea ducatus. tanquam textibus receptis & ordinariis juris feudarii, quàm verbis d. c. un. si plur. sint dom. vel vasal. cum hic textus inveniatur inter capitula & jura feudalia apocrypha, extraordinaria & extravagantia, quorum tanta non est auctoritas, ut ordinariis textibus derogent. Sed tamen si solertes velimus esse LL. juris nostri indagatores, nostrum est ad omnem evitandam antinomiam & textûm repugnantiam penitus & quotunq; etiam modo in earum conciliationem inquirere.*

Itaq; pro sexta sententia, *in qua acquiescere hac vice velimus, hanc adstruimus conciliationem inter d. §. omnes filii. & §. praeterea ducatus. & inter pr. c. un. si plur. sint domin. &c. Quando in d. c. un. si plur sint*

domin,

dicitur: Donec illud indivisum possident una fidelitas & unum ser- domino fieri debet; tunc vox, una, ita accipienda est, quod sit una fi- specie, seu quoad specificum modum ac tenorem juramenti vel fideli- na, non verò una numero. Nam quod unum numero est, numericè rum est, adeoq; praecisè ab uno tantum fit; at quod specie unum est, à us fieri potest, & apud plures esse potest, unius tamen & ejusdem spe- l, ut ex metaphysicis & Logicis tralatitium est. Hoc probatur primum textu d.c.un. si plures sint dom. vel vasall. ubi Feudista ait: si plures ant illud feudum indivisum pro illo fieri debet domino una fidelitas. plures jurant, scilicet eodem modo, eâdem formâ, eodem tenore, id pecie unum est, neutiquam numericè unum est, aliàs una tantùm fi- ab uno tantùm numero fieret. Deinde idem Feudista id, quod nu- plurium est, opponit ei, quod specie unum est, cùm dicit: si verò par- fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates. Ecce hic partes jurantes numero distinctae; Ergo numerô plures, plura etiam numero faciunt nta. E. à contrario dum plures dicuntur unam facere fidelitatem do indiviso, plurium specie una est fidelitas. Tertiò quamvis servi- at tantùm numero unum, & illud copuletur cum una fidelitate per vam: ET, ibi: una fidelitas & unum servitium domino fieri debet, men concludendum, quod ut servitium est numero unũ, ita etiam nu- na sit fidelitas; Nam servitium, ut onerosius, partialiter à pluribus eri, ut tandem numero unum existat. Ratio haec fundatur in verbis ibi: servitium verò omnibus non gravitate sed moderamine facien- est; quae ratio cessat in fidelitate, quam quisq; faciat totam, quae ta- pluri b. facta sit una. E. una est specie. Hinc patet, quod ea, quae in d.§. & in d.§. praeterea ducatus, dicuntur generaliter & incompletè, scil. ntùm, quod à pluribus fidelitas fiat, in hoc [illegible] un. si. plur. sunt domin ad redacta perfectè declarentur, nimirum quòd fidelitas illa fiat una, specie quoad specificum modum & tenorem. Haec igitur sententia tanto logicè eadem cum Dn. Pistor. jam ante relata; Nam ille à bus factam adstruit nam numero fidelitatem; quia plures heredes tur unam numero personam defuncti vasalli supplere, & quasi ejus ore & loco jurare.

XXXV.

Hoc hujus casus tertii jus ampliatur etiam eo, quod licet ta- coheredes plures, & singuli ratione & contemplatione partis

suæ domino jurent, non pro parte, sed in solidum domino fidelitatem faciant, eò quod ipsa fidelitas & ejus juramentum sit individuum. *a*)

a) *arg. l. heredes. 25 §. an ea 9. ff famil. hercisc und. Octav. Bammachar. in d. c. un. §. omnes filii. n. 16. si de feud defunct. content. vel potest contingere, ut heres heredis partem jure accrescendi accepiat, ne tunc denuo jurare teneatur, eò quod ante in solidum juravit, ut ex casu sequenti planum est.*

XXXVI.

Et amplius; si plures ejusmodi coheredes feudum defuncti vasalli pro indiviso possederunt, & tunc quisque fidelitatem præstitit feudi domino, at postea illud dividunt, hoc casu quisque fidelitatem, quam antea in commune præstitit pro sua portione in solidum reiterare non tenetur; at verò si alterius heredis portionem alio titulo, quàm jure accrescendi, aut per feloniam prioris vasalli commissam, puta emtionis, donationis, aut simili acquisierit, utique pro eadem etiam portione fidelitatem nihilominus facere tenetur; siquidem primum juramentum duntaxat ratione & contemplatione prioris suæ portionis præstitum censetur, ut minimè pertingat ad portionem deinde acquisitam *a*) Verum hæc ampliatio in aula Electorali Saxoniæ hanc recepit interpretationem, ut is qui semel juravit in commune vel ob suam portionem, & aliam portionem, ita ut jam dictum deinde accepit, non onerari soleat novo juramento; sed sufficiat eum stipulata manu fidelitatem sub priori juramento repromittere, se id quod antea juravit, etiam respectu ejus novæ portionis præstiturum aut servaturum. *b*) Hæc tamen interpretatio non est necessitatis, nec in electione vasalli consistit; sed ex arbitrio feudi domini dependet. *c*)

a) *Jul. Clar. in §. feudum. q. 49. n. 12.* b) *Hart. Pistor. d. q. 47. n. 13. in fin.* c) *id quod probatur & confirmatur arg. c. Cleruum. pen. X. de jurejur.*

XXXVII.

Tertius casus: Plures non quidem collectivè sed distributivè

personæ, aut simultaneè investitæ seu simultaneam ma- habentes, Welche zugleich die gesambte Hand an ein Lehn ha- quamvis non reipsa & facto feudum ipsum possideant, sed ius tantum realiter possideat, nihilominus tamē ad fidelita- præstandam & jurandam compelluntur, eò quod spem suc- nis & simultaneam manum habeant. a)

Wesenb. de feud. c. 8. n. 22. Hieronym. Schurff. Consil. 16. & 66. Centur. 1. Id quod probatur. c. 5. & 6. des Sächsischen Lehn- *& constit. Electoral. 45. §.* der gesambten Hand aber/ *p. 2. ubi di-* Der gesambten Hand soll ein jeder dem sie verschrieben/ wenn ge durch Absterben des Lehnherren/ oder des Lehnmannes vnd rs gebrochen/ vngeachtet / ob er gleich das Gut im wircklichen nicht hat / innerhalb Jahr vnd Tag/ von Zeit der Wissenschafft lge zu thun pflichtig seyn. *Hoc textu licet expressè tantùm reno- præcipiatur investitura simultanea, non etiam simul fidelitas fa- tut jurand a; attamen quia investitura & fidelitas sua natura co- nisi qua ratione singulariter separentur arg. t. quid præced. deb. , vel fidelit. ideoque ibidem etiam implicitè de fidelitate simulta- estituræ, prout ea feudum constituatur, concludi statuendum est d. allegatu; & quamvis argumentum à renovatione investituræ litatem faciendam concludenter, & necessariò non procedat, hoc atenus verum est quatenus aliter & diversum expressè decisum re- adeoque renovatio & investitura, indeq; ejus fidelitas, ut species distinctæ expressè sibi opponuntur; aliàs si tale quid non reperitur, entum ut à renovatione ad investituram, ita à renovationis fideli- d investituræ etiam simultaneæ fidelitatem probabiliter conclu-*

XXXVIII.

Huic juri simultaneæ investituræ fidelitatis contrarium civile, commune; quod ut simultaneam investituram, ita fidelitatem ignorat, ideoq; jure feudario communi proxi- gnatus ante successionem sibi delatam, & possessore feudi adhuc vivente, jurare non cogitur, & ne quidem filius adhuc patre. a)

a) *Jaci-*

a) Jacobus Ardizon ad t. qualiter vasal. jurar. deb. domin. fidelit. vers. nunquid & filio. Schrad. p. 6. cap. 4. n. 28.

XXXIX.

Hoc postremum scilicet, quod filius vivente patre jurare non cogatur, etiam de jure Saxonico obtinet & usus observat, ut quamvis agnati simultaneè investiti omnes, uti dictum fidelitatem facere cogantur, filii tamen vivis adhùc Parentibus, nec investituram petere, nec fidelitatem facere teneantur. Ratio differentiæ hujus inter reliquos agnatos & filios hæc est: quia agnati non jure successionis ordinario, sed solius conjunctæ manus vi & efficacia succedunt: filii verò non tam conjunctâ manu, quàm jure successionis admittuntur, & quidem eò magis, quod possessio defuncti patris jure feudario in hos continuetur. *a)*

a) Quod jus differens ex pr. in cap. 6. des Sächsischen Lehnrechts *traditur ita:* Der Vater erbet auff den Sohn die Gewehr (*id est possessionem*) des Lehns mit sampt dem Gut/darumb darff der Sohn nicht/daß man jhn mit der Belehnung an das Gut verweise. Welcher Mann aber keinen Sohn hat/der erbet die Gewehr des Guts an seinen Herren/ es sey denn/daß er der Herr an dem Gut einem andern verliehen hette/*id est, nisi dominus alii (sive ille sit agnatus sive extraneus nihil interest) conjunctam manum concesserit. Hic textus juris feudarii Saxonici licet hoc statuat, quod filius mortuo patre investituram ne quidem renovare, multò minùs fidelitatem præstare teneatur, his verbis:* Drumb darff der Sohn nit/daß man jhn mit der Gewehr an das Gut verweise/*ipsi tamen usu est in contrarium, ut nimirum etiam filii defunctis Parentibus renovationem investituræ petere, & fidelitatem jurare teneantur, tùm quia textus juris feudarii communis hoc vult, in c. un. §. omnes filii. Si de feud. defunct. content. sit, &c. tùm quia textus allegatus d. cap. 6. juris Saxonici loquitur non de investitura non petenda; sed de possessione continuata, & de novo non apprehendenda, neq; per dominum filiis tradenda; ergo jure communi standum erit.*

XL.

Omnes itaq; unius demortui vasalli heredes, itemq; plures demortui vasalli heredes sive vulgariter secundùm jus commune, sive simultaneè investiti fidelitatem facere teneri ex prædictis

constat;

at; Sed hi heredes non omnes simul conjunctim, vel una neq; eodem tempore fidelitatem facere adstringuntur; sed nctim & distinctim inter sese, sive divisis partibus, sive ndiviso feudum possideant, pro suo arbitrio fidelitatem e possunt, nec non distinctis temporibus; neque dominus is ex illis se offerat, potest eum eodem invito recusare, & isque differre, donec etiam reliqui coheredes conve. a)

) *Carol. Molinæ. in consuetudin. Paris. §. 2 gl. 4. n. 38. Hart. Pistor. 7 n. 14. libr. 2. Vultei. libr. 1. c. 7. n 92.*

XLI.

Immò amplius si plures heredes omnes juramentum ipsi- e personaliter præstare vel nolint vel impediantur, tunc e vel unum vel plures, vel prorsus extraneos eligere pos- quem vulgò vocant den Lehnsträger / qui & suo & cohere- suorum omnium nomine fidelitatem faciat. a) Notandum n accurate, quòd unus, vel quidam seu aliquot ex illis pro bus heredibus omnibus, seu extranei quidam eorum um nomine ita jurare non possint, nisi specialiter idipsi à ais demandatum sit. b) aliàs reliqui prorsus essent alieni à nento præstito, & per alium ipsi jurasse non possent vide-)

a) *Ut est com. Feudistarum sententia, & D d. nostrorum in d.c. omnes sibi si de feud. defunct. content. Wesenb. cap. 8. n. 9. vers. tamen. S hneid. p. 5. n. 12. Sonsbec p. 11. n. 14. Vultei. cap. 7. Quæ commun. Dd. sententia I. cõprobatur jure civili arg. l. jam tamen i tamẽ plures 17. ff. judicatum solvi. l. quòd si plures. 31. §. si plures. 5. dilit. edict. l. stipulatio. 21 §. quæsitum. 5. ff. de oper. nov. nunciation. des. 25. §. de pluribus. 3. ff. famil. hercisc. l. ergo 4. § creditoribus. 7. fideicom. libert. II. Quia omnes videntur jurare, pro quorum parte ju- arg. l. municipibus 97. ff. de condition. & demonstrat. III. Quia qui lium jurat, per seipsum jurasse videtur l. ita autem 9. §. quod si quis. de administrat. tutel. l 3. §. fin. ff. de N. G. l. Nam & Servius 21. ff. l. 4. C. eod. l. item eorum 6, §. 3. ff. quod cujusq; universit. nomin. In-*

 trigiol.

tigriol. q. 56. n. 251. & seqq. IV. *Quia quivis alius vasallus non tenetur personaliter investituram petere & fidelitatem facere; sed utrumq; etiam per procuratorem expedire potest, c. un §. pen. per quos fiat investitura. Cur & pluribus heredibus alicujus vasalli & ipsis vasallis hoc non permitteretur?* V. *Quia hanc sententiam etiam inveterata Germaniæ consuetudine receptam esse testatur Zas. p. 7. epitom. n. 11. Hart. Hartman. libr. 2. practicar. observat. t. de feud. 54. obs. 19. n. 2. & post hunc Mynsing. centur. 5. obs. 9. in fin. Borthol. de feud. cap. 7. p. 1. n. 34.* b) *Hart. Pistor. d. q. 47. n. 12.* c) *arg. d. l. municipibus, 97. ff. de condition. & demonstrat. l. jus jurandum. 17. §. procurator. 3. ff. de jurejur. & deinceps membro seq. de hoc pluribus disputabitur.*

DE SEXTA CLASSE.

XLII.

Sextò omnes vasalli fidelitatem facere tenentur etiam sine discrimine qualitatis. Primo, itaque quicunque vasallus successor, adeoque etiam vasallus filius, vel agnatus proximus antecessoris, qui feudum non titulo universali videlicet successionis; sed singulari ut puta emtionis, donationis, refutationis seu remissionis & simili acquisivit, denuo juramentum fidelitatis feudalitiæ domino præstare tenetur. Ut v. g. prior vasallus pater vel agnatus feudum suum quod possedit, filio suo vel agnato suo in gradu proximo refutavit vel vendidit, hoc casu posterior vasallus iterum juramentum fidelitatis præstare cogitur. a) Exceptio tamen hujus est: nisi filius aut agnatus hujus feudi taliter acquisiti possessionem consensu domini nactus fuerit, quo casu quia investituram petere non tenetur, nec etiam fidelitatem jurare cogitur. b)

a) *Andr de Isern. Alvarott præposit. n. 3. Matth. de Afflict. n 33. in c. un, §. sed & res. per quos fiat investit. Schrad p 6. cap. 1. n. 5. & alii ab eo allegati.* b) *Schrad. d. cap. 1. n. 11. cum pluribus ibi allegatis: quia hoc casu vasallus successor perinde habetur, ac si de hac re à domino realiter investitus fuisset arg. l. lege obvenire 130. ff. de V. S. Adhac emphyteuta, qui à priore emphyteuta emit, consentiente domino, emphyteusin, nec renovationem ulterius petere, nec laudemium solvere cogitur. Jason. in l. fin. n. 40. C. de jur. emphyteut. Schrad. d. c. 1. n. 12. Ab emphyteusi autem*

ad feudum valet argumentum, si expressa juris dispositio vel aliqua
alis ratio in contrarium non est. Rosenth de feud cap 1. Conclus. 10.
& seqq. ibique allegati. Everhard.in topic. in loco ab emphyteusi ad

XLIII.

Secundò omnes omninò vasalli ad juramentum fidelita-
tentur, etiamsi alioquin in alia causa, non tamen feudali
rium commiserint, modò non sit tale perjurium, ut ob id
privari possint. *a)*

a) *Rosenth. cap. 10, conclus. 15.n.3. post. Schoner. Disput. feud.*
75.

XLIV.

Tertiò quilibet vasallus sive feudum Francum sive non-
um possideat, quamvis feudum Francum liberum &
me sit à servitiis, nihilominus tamen vasallus possessor in-
ctè domino juramentum fidelitatis præstare tene-
a)

a) *I. Namque feudum Francum licet à servitiis liberum, nihilo-*
tamen feudum manet, & propterea vasallus etiam ad fidelitatem
& quæ ea continentur, obstrictus est, Rosenth cap.2.concl.59.& ibi al-
lib lit. a. II. Quia argumentum à servitiis ad fidelitatem negativè
ocedit; ratio contraria est: quia servitia feudi sunt accidentia, vel
vocant propria naturalia non substantialia, quæ sine ejus corruptio-
se possunt; at fidelitas ipsa, quam & juramentum, nisi remittatur,
itatur, est de natura feudi interna & ei substantialis, quæ sine ejus-
structione ab eodem nequit abesse. III. Quia licet feudum aliquod
uo recedat à natura & proprietate feudi, in reliquis omnibus tamen
am feudi naturam retinet, c.un. & ibi FF. de feud. non habent. propr.
atur. Zas p. 3. epitom. n.3. Sonsbec. par.4 n.5. & 6. Jul. Clar. in §.
q.16. n.2. Bocer. tr. de investitur. cap.4. & n.14. IV. Quia regula est
feudario: quod nulla investitura fieri debeat illi, qui fidelitatem face-
sat. c.un. in fin per quos fiat investit. huic autem regulæ inhærendū est,
exceptio probetur l. si servitus. 23 ff. de servit. prædior. urbanor. Decius
ol. in l.1. & l. omnis definitio. ff de R.I. V. Quia unicus tantū casus in toto
eudario exponitur, quo fidelitatis juramentū vasallo remittitur. sc. si in

 feudi

feudi constitutione speciali pacto id actum sit, ne juratam hanc fidelitatem Vasallus præstare cogatur c.un.§ & alia. 1. quæ fuit prim. causs. benefic. amitt.c.un.in fin. per quos fiat investit. posita autem regulæ exceptione unâ, arguit ea cæteras exceptiones esse exclusas l.quæsitum.12.§ idem.43 ff. de instruct.vel instrument. legat. Cicer. pro Balb. si exceptio fecit ut liceat, ibi necesse est licere ubi non est exceptum Bocer.d. c.4 n 13.

XLV.

Quartò vasallus etiam illius feudi, de quo non servitia, sed annuum tantum Censum vel Canonem præstat, juramentum fidelitatis præstare tenetur. a)

a) *Albertus Brunus Consil. feudal.41. Johan. Schoner. Disputat. feudal. 5. thes. 171. Et hoc. I. probatur per. c. un.§. si quis de manso. 5. si de investit. feud. controvers. fuerit. II. quia de manso non solent regulariter servitia, sed tantùm annuus census præstari. E. tamen feudum est à quo fidelitas non potest abesse ob rationem prædictam. III. huc facit regula: mutata feudi natura in aliquo, reservat tamen propriam suam naturam in cæteris. Bocer. tr. de investit. cap 4. n. 15. post Rosenth. cap.6. Conclus. 67. IV. Quia dispositio limitata limitatum producit effectum l.in agris.16 ff.de A R D. l. 3. ibiq. Iason. & Dd.C. de transact. V. Quia pactum super una re interpositum ad rem aliam non extenditur l. si unus 28. ff.de servit. prædior. urban. l. si de certa. 31. C. de transact. Bocer. d. n.15.*

DE SEPTIMA CLASSE.

Septimò juramentum fidelitatis feudalitiæ omnes vasalli sine discrimine quantitatis continuæ præstare tenentur. Itaque etiam sive magnum sive modicum & parvum sit feudum, regulariter fidelitatem domino tenetur vasallus præstare. a)

a) *Curt. jun. part.3. feudor. n. 14. Id quod probatur I. quia Iura feudalia, quæ fidelitatem pro feudo exigunt, non distinguunt c. un. qualiter jurar deb. vasall. domin. fidelit. cum duobus tt. seqq. c. un. §. satis bene de probibit. feud. alienat. per Lothar. Itaq; ubi textus non distinguit, ibi nec nos distiguere debemus. II. Quia textus est expres. c.un §. si quis de manso. 5. si de investit. feud. controv. fuer. ubi dicitur quòd si quis de manso investituram acceperit, etiam de augmento & incremento ejus jurabit. E etiam de ipso manso; E. etiam de exiguo aut modico fundo fidelitatem fecit & juravit.*

*Nam mansus dictus est à manendo, quia est certus fundus seu pra-
n quo manent homines, seu ut Alvarott. dilucidius definit: quod duo-
laborandum sufficit. Hottoman. in verbo feudal. mansus. III. Quia
m parvum aut modicum non minus est feudum quàm magnum, ac
le vasallus de parvo & modico non minus fidelis debet esse domino suo
c. 7 n. 39. qui ibidem hanc sententiam in puncto juris veriorem esse
licet contraria sententia, scilicet quod de feudis modicis juramentum
tis formaliter non sit præstandum, usu observetur; eamq; sequatur
l p. 6 cap. 4 n. 18. ibiq; allegati. Et huc quadrant posteriores rationes
lo Franco antea traditæ.*

XLVII.

orandum autem hic singulariter, quod vasalli soli teneant-
delitatem & juramentum fidelitatis præstare, non etiam
ti eorum. *a)* Neq; sub vasalli eorum. *b)*

a) Mozz. t. 5. de feud. n. 15. & post eum Vultei. c. 7. n. 38 b) *ut j.
a 3. copiosius dicetur.*

onclusio itaque ad has classes generalis hæc est: quòd jura-
um fidelitatis regulariter ab omnibus omninò
lis sit præstandum, sine ullo discrimine, & de omni omninò
, cum nullum feudum sine fidelitate ac proinde regulariter
sine juramento, quod fidelitatis comes est, possit esse.

Secundum Membrum.

QVOS VASALLI FIDELITATEM FEUDA-LITIAM VEL CLIENTELAREM JURARE COGANTUR.

XLVIII.

Utrum autem ipsi vasalli per se & personaliter, an verò per
uratorem hoc juramentum fidelitatis præstent, nihil inter-
é certi juris est, illud per procuratorem præstari posse. *a)*

*a) Matth. de Afflict. in. c. un. n. 52. & ibidem Præposit. n. 9. quo
miles investit. peter. deb. Intrigriol q. 56. n. 229. & ibi plures allegati
Mozz de substant. feudor. n 16 Hart. Hart. pract. observat. t. de feu-
4. observ. 13. n. 2 Hart Pistor q. 47. n. 58. Zas. p. 7. n. 21 Schneid. p. 5.
VVes. cap. 8. n. 14. Bocer. tr. de investit. cap. 4. n. 22. Hoc namq; l. pro-*

 batur

batur per expressum textum c.un. §. sed utrum. per quos fiat investit. & c. un. §. item investitura. de not. feud. II. expr. textu juris Canon. in c. un. §. agrum. ibi: nisi per procuratorem illud præstet. X. de stat. regular. in 6. & c. optatum, 4. in fin. ibi: nec aliquem qui eam jurejurando firmaret, miseris. distinct. 100. & Can. metuentes. 32. c. 17. q. 4. III. quia generalis juris civilis regula est: quòd omnia omninò negotia regulariter per procuratorem expediri possint arg. l. 2. ff. de pact. l. 14. §. fin. ff. de constit pecun. l. ult. ff. de sponsal. Solis actibus legitimis exceptis l. actus legitimi. 77. ff. de R. J. IV. Quia in individuo juramenta non tantùm deferri per alios l. jusjurandum. 17. §. fin. l. jusjurandum. 34. §. 1. ff. de jurejur. sed & præstari posse probat l. qui bona. 13. §. si alieno 13. ff. de damn. infect. & ita tradit Wesenb. in π. ff. de jurejur. n. 9 vers. est & illud. post Br. & alios. V. Quia libertus, qui patrono suo operas jurato promittere tenetur l. ut jurisjurandi. 7. in pr. ff. de oper. libertor. l. servum. 36. in fin. ff. de manumiss. promißionem hanc juratoriam facere potest per procuratorem arg. l. certum. 6 §. si quis absenti. ff. de confess. Bocer. d. c. 4. n. 23. in fin. Argumentum autem à vasallo ad libertum probabiliter procedit. Everhard. in topic. à liberto ad vasallum. VI. Quia hunc in modum juramnetum fidelitatis clientelaris Imp. Romanum Ecclesiæ Romanæ per nuncios suos præstitisse narratur in clementin. 1. §. dictus namq; Henricus. X. de jurejurand. VII. Et simile juramentum Rex Otto Johanni Papæ per suos nuncios, aut procuratorem jurasse dicitur in c. qui tibi. distinct. 63. VIII. Commun. est hæc sententia referente Julio Claro in §. feudum. d. q. 49. Et idem obtinere in aula Electoris Saxoniæ, adeo ut non tantùm quis juramentum fidelitatis per procuratorem præstare; sed idem ille procurator adhuc alium substituere poßit, notat JCtus Wittebergensis Dn. Lucas Beckman. in prælection. suis feudalibus: de fidelit. per procurator. præstanda.

XLIX.

Quamvis autem ita vasallus juramentum fidelitatis feudalis per procuratorem præstari possit, non tamen in ipsius est arbitrio, an etiam domino invito procuratorem ad hoc mittere velit; sed arbitrio & permissione domini æstimandum est, utrum is procuratorem admittere velit; quòd si nolit, ipse vasallus in persona comparere & fidelitatem facere cogitur. *a*)

Exceptio tamen hujus est, si vasallus justo impedimento, wegen rechtmessige Ehehafften/ impeditus venire non possit, domino

o etiam invito procurator admittendus, aut etiã negotium, nec impedimentum remotum sit, sine periculo vasalli & jura feudi differendum est, id quod æquitas suadet. *b)*

Ejusmodi a. justa impedimenta sunt captivitas vasalli, adversa valetudo, peregrinatio extra fines territorii sui vel domini feudi, h. e. absentia probabilis propter iter, quod pietatis & devotionis causa suscipitur, ad sepulchrum Christi, ad limina S. Petri, Item expeditio publica, hoc est, absentia Reipublicæ quæcunque; Item si non sit securitas in via habita, vel in loco, ubi dominus residet, & id genus alia. *c)*

a) *Jacobin de S. Georg. in verb. qui quidem investiti n. 12. Matth. de Afflict. in c. un. n. 57. quo temp. mil. investit. peter deb. Marian Freccia tr. de subinfeudatione lib. 2. auct. 4. n. 11. & auctoritat. 25. Schneid. p. 5. n. 88. Hart. Pistor. d. q. 47. n. fin. lib. 2. Schrad. p. 6. c. 4. n. 35. Mozz. de substantial. feud. n. 16. Intrigriol. d. q. 56. n. 34. Vultei. c. 7. n. 32. Hoc probatur: I. per express. text. juris Canon in c. un. §. verum. X. de stat. regular. in 6. & cujus hisce verbis: nisi quod per procuratorem illud præstet, possit efficere apud dominũ; firma hæc præstat Conclusio: Si vasallus hoc primum apud dominum efficere & ab alio impetrare debet, non utiq; ejus; sed domini voluntati & arbitrio permittitur. II. quia juramentum fidelitatis annexam habet reverentiæ exhibitionem, quæ in præsentia personarum fieri debeat, non per nuncium sive procuratorem Bl. in l. 1. circa fin. q. 56. ff. de R. D. Carol. Molinæ. in Cons. Par. §. 40. n. 1. III. quia homagium sua natura corporalem requirit præsentiam Bl. ad c. 2. in fin. X. de ordin. cognition. IV. quia hoc reverentia domino debita exigit V. quia ea, quæ sunt dignitatis seu honoris & reverentiæ, aut aliàs sua natura personalia, regulariter per alios expediri non possunt arg. l. nullus. 60. C de decurion. lib. 10 Bl in. l. quisqu. 16. C. de Episcop & Cleric. & in l un. §. ne autem. C. de caduc. tollend. VI. quamvis verbi potest, ea sit natura, ut affirmativè prolatum, non necessitatis sed voluntatis sit l. sæpè 8. ff. de offic. præsid. nec continuo quod voluntati alicujus permittitur, juris necessitati subjiciatur l. nõ quicquid 40. ff. de judic. Coras. ad ad l. si intercedat. 1. §. si usufructus. 1 n. 4. ff de servit prædior. urban. Immò quamvis qui potest, id suo jure etiã alio invito possit, cùm nemo dicendus sit posse id, in quo, quò minus possit, jure possit ab alio prohiberi arg. l. qui stipulatus. 59. ff. de solution. ubi ex hac stipulatione: Mihi aut Titio dabis? dicitur Titio solvĩ posse, idq; õnes doct. intelligũt, etiã me invito posse §. 4. vers. planè, I. de inutilib. stipulat.*

stipulat. & l. verò 12. §. 1. ff. de solution. Idem etiam constat arg. l. 2. §. Scævola. ff. de eo quod cert. loco. l. Stichum 95. in pr. ff. de solution. l. illud. 25. ff. de constit. pecun. l. si unus, 27. in pr ff. de pact. l. 2. §. ex hujusmodi ff. de duobus reis; & quamvis quoties quis dicitur aliquid posse, poßit hoc ipsũ etiam invito alio, ut sentit Donel. in l eum qui Calendis. 41. §. quoties autẽ. n. 47. ff. de V. O. In dicto autem c. un. § sed utrum. per quos fiat investitur. & in d. c. un §. idem investitura. de Not. feudor. verbum, potest, habeatur; Id tamen prædictum in modum limitatur. I. per d. c. un. § verum X de stat. regular. in 6. ubi cùm textus sit perspicuus, meritò à propria verbi: potest, natura recedimus; II. quia in d. c. un §. sed utrum. per quos fiat investit. & in d. c. un §. item investitura. de Not. feudor. verbum. potest, paßivo verbo expeditur, ut inde potestas juramenti per procuratorem præstandi ipsi negotio juramento illius, non verò personæ vasalli tribuatur, uti per ea quæ tradit Covar. in relectione c. quamvis. p. 1. §. 5 n. 19. vers. est tamen. X. de pact. in 6. Dn. Luc Beckman. d loco concludit. b) *Rosenth. Cond. 37. n. 3. cap. 6. Covar. d. n. 19. vers. nisi vasallus. Matth. de Affl. d. in cap. un quo temp. miles investit. peter. deb. Molinæ. in cons. par. 1. 1. §. 49. n. 2 & 3. Hart. Pistor libr. 2. q. 47. in fin.* c) *de quibus in l. 2 in pr. & §. 1: cum seqq. ff. si quis Cantion. judic. sistendi c. dilecti. X de dolo & contumacia. cum similibus, & fusius recensent Coler. de proceß. execut. p 1. c. 2. n. 21. Kilian. König in processu c 37. n. 3. & seqq. Iacob. Ayrer. in suo proces. judic cap. 4. obs. 4. n. 70. & seqq.*

L.

Neque tantùm singuli distributivè vasalli; sed etiam collectivè utpote universitates juramentum fidelitatis per procuratorem vel administratorem præstare possunt. a)

a) *uti hoc S. Classe quinta probatum, & confirmatur ulterius. I. quia generaliter permittitur universitati per Syndicum cuncta sua negotia expedire l. 1. §. 1. l. item 6. §. 1. in fin. quod cujusq. univers. II. quia si quid ad universitatem pertineat, non ad singulos id pertinet cives l. sicut. 7. §. 1 ff. eod. III. quia quod pro universitate fit, non fit pro singulis civibus; sed pro ipsa Republica l. 2. ff. eodem. IV. Cùm itaq; impoßibile sit, ut dominus singulos de universitate audiat jurantes, procuratorem potius pro omnibus jurantem admittit.*

LI.

Quemadmodum autem quilibet distributivè vasallus

potest

poteſt per procuratorem juramentum fidelitatis clientelaris domino præſtare; ſed tamen non invito domino, verùm cum conſenſu & ex arbitrio domini, niſi fortè ſecus ſit in caſu ſpeciali ob legitimum impedimentum, ſicut modò dictum: ita etiam univerſitates & in ea plures collectivè vaſalli poſſunt per Syndicum vel per procuratorem, vel per adminiſtratorem juramentum fidelitatis præſtare, ut §. claſſe quinta & jammodò probatum; ſed tamen in contrarium hoc poſſunt etiam invito domino feudi, *a*)

a) *Laur. Sylvan. de feud. recognit. q. 94 Johan. Blancus tr. de feud. libr. 1. c. 7. n. 25. Schrad. p. 6. cap. 1. n. 2. Roſenth. c. 6. concl. 37. n. 4. Bocer. d. c. 4. n. 25. Et probatur: I. quia generaliter permittitur univerſitati per Syndicum juramentum fidelitatis præſtare, nec poteſt dari ratio ſpecialitatis, ob quam univerſitas tota volente domino coram appareat tum jure feudorum c. un. §. ſed utrum. per quos fiat inveſtit. c un. §. item inveſtitura. de Notis feudor. tum jure civili l. 1. §. 1. & l. item. 6. in fin. ff. quod cujuſque univerſit: II. quia potius per naturam fieri non poteſt, ut tota univerſitas, adeoq́ ſinguli de univerſitate in præſentiam domini compareant, ut aliàs ſi contrarium ſtaret, tenerentur, tùm quod id, quod ad univerſitatem pertinet, non ad ſingulos cives pertineat; ſed in univerſum ad commodum publicum l. ſicut. 7. §. 1 ff. quod univerſ. nomin. tum quod id, quod pro univerſitate fit, non fiat pro ſingulis civibus, ſed pro ipſa Republica l. 2. ff. d. t. Impoſſibilium autem nulla eſt obligatio.*

LII.

Porrò procurator ille, qui juramentum loco vaſalli præſtet, non ſit procurator generalis; ſed ſpeciele habeat mandatum. *a*) Quid? quod ne quidem ſufficiat, ut talis procurator in negotio feudali ſpeciale mandatum habeat; ſed etiam requiritur, ut ipſe habeat ſpeciale mandatum ad præſtandum fidelitatis juramentum certo & nominato feudi domino. *b*) Et amplius tàm præcisè ab hoc procuratore requiritur, ut ſpeciale habeat mandatum, ut licet ſine ſpeciali mandato juramentum feudalitium præſtiterit, ut deinde dominus illud acceptet ac ratum habeat, nihilominus tamen illud juramentum ipſo jure nullius ſit momenti, & ſic ratihabitio jure feudi non valeat. *c*)

a) *Jacobin. de S. Georgio. in verb. qui quidem inveſtiti. n. 10. verſ. & ſecundum iſtam. Mozz. de ſubſtantial. feud. n. 16. Zaſ. p. 7. n. 20. Hart.*

Hartman,pract. obs.1,de feud. 54.obs.13.n.2. Covar.ad c.quamvis.p.1.§.5.n.19.X. de pact.in 6. Menoch,Consil.1.n 78. & Consil.426 n.38.Francisc. de Martis decision. delphinali 1215.p.1.& alii à Schard, p.5.c.3.n.11.& p.6. c.4.n.31.& à Vultei.libr.1.c.7.n.33.& à Bocer.d.11.c.4 n.24. copiosiß allegati Intrigiol.q.56.n.320.& seqq; atq; hanc sententiam magis communem esse dicit Jacobin.de S.Georg.d.n.10.& ita ubiq; observari,ac de mente omnium scribentium esse testatur Jul. Clar. in § feudum. q.47.n.13. Hart. Pistor.d.q.47.n.58.libr.2. Et probatur hæc sententia: I. quia in hoc negotio & juramento fidelitatis tractatur de obligatione animæ spirituali, quæ consensum etiam spiritualem potißimum exigit c.ult.X. de procurator.in 6. c.un.C.30. q. 21. II. quia absq; consensu speciali obligari nemo potest quoad gravißimum animæ vinculum, præsertim quòd perjurii crimen ex hoc immineat,ut asserit Didac.Covar.in d.c.1.§.5.n.18 in fin.ad c. quamvis 2 X. de pact.in.6. III. quia J. civili communi juramenti per procuratorem præstatio speciale requirit mandatum in procuratore c. pen.& fin. X. jurament. calumn.in. 6. l.jusjurandum.17.in fin. ubi gl. in verbo universorum & l. jusjurandum.34.§.defensor.ff.de jurejur. Geil libr.1.obs.83. Mynß. cent.2. obs.53 & cent.4. obs 99.in fin. Hoc quia jure feudario mutatum non est, quare stare eod. jure prohibeatur.c.un.§ strenuus.de feud.cognition. Bocer. d.c.4.n.24.vers. est autem l.sancimus.27.in pr.C.de testament.ordin.l.præcipimus.23.§.fin.C.de appellation. b) *arg. l. si quis mihi.25. §. sed utrum ff. de acquir.vel omitt.heredit.c.fin.de jurament.calumn in 6.Schrad.d.c.4. n.31. cum pluribus ibi allegatis.* c) *quia actus gestus à nuncio ad hoc speciale mandatum non habente non valet, licet is cujus nomine is actus gestus est,eum ratum habeat arg.l.multum.6.& in.gl Br.Bl.C. si quis alteri vel sibi.Br.l.quia 14.§.fin.ff. de constit.pecun. In juramento autem fidelitatis procurator nuncio æquiparatur l.quia ita.67.§.1.& ibi gl. ff.ad SC.Trebell. Schrad.d.c.4.n.32.& 33.*

LIII.

Ut autem singulorum distributivè vasallorum procuratores:ita etiam universitatis Syndicus,administrator & procurator ad juramentum fidelitatis domino feudi præstandum generales non admittuntur; sed & in his præcisè requiritur, ut speciale mandatum habeant,nec nisi de speciali mandato fidem domino faciant,ad præstandum fidelitatis juramentum admittuntur. a)

a) *Bl.in c.un.§.nulla.per quos fiat investit. Jacobin. de S. Georg. in d. verb.*

verb. qui quidem investiti.n.11.Mozz. de substantial.feudor.n.16.Vultei.d.c. 7.n.31 Bocer.d c.4.n.25.tum quia Syndicus fungitur partibus procuratoris, & quæ conditio est procuratoris,eadem quoq; est Syndici ratio.l. item eorum. 6.§ fin.ff. quod cujusq; univers. tum quia quo casu jusjurandum præstandum est syndicus quoq; universitatis tenetur de speciali mandato ad jusjurandi rationem docere l.jusjurandum. 34.§.1 ff.de jurejur.

LIV.

Non solum a. Consules & Senatores pro se & civibus suis Syndico suæ cujuslibet universitatis dant mandatum; Sed necessum est,ut Tribuni quoq; plebis,cæteriq; Primates juxta cujuslibet loci consuetudinem cum mandato eum instruant. Ideoq; procuratorium Syndici admittitur hoc modo conceptum: Wir Bürgermeister/Rähte vnd alle Bürger gemeiniglichen der Stadt/ꝛc. a)

a) *Ordin.Cam.Imp p.1.t.38.§.*Zum sechsten.*vers.*Vnd denn dieweil. *& docet Mynsi. cent. 1. obs. 76.& cent. 3.obs. 18.Bocer.d.c.4.n.25.*

LV.

Exceptio tamen est hujus juris de speciali mandato quoad tutorem & curatorem,illi enim cùm ut procuratores pro pupillis & adolescentibus suis juramentum fidelitatis clientelaris præstare volunt,uti possunt ut §.dictum,sine mandato speciali, maximè si liberam bonorum administrationem habent,pro his, qui ipsorum fidei sunt commissi,juramentum hoc præstare possunt.a)

a) *tum quia liberè jurant,& si nolint,non coguntur,ut §.traditum clas. 4.tum quia tutelæ officium ijs satis pro mandato est, ut tradit Jacobin. de S. Georg. in d.verb.qui quidem investiti.n.12.Mozz.de substantialib.feudor. n.16.Schrad.d.c.4.n.34.Vultei.d.c.7.n.37.& statuit Intrigiol.q.56.228.*

LVI.

Quamvis uti jam constat,procurator singulorum vasallorum & Syndicus universitatis conveniant quoad speciale mandatum, quo ab utraq; parte instructi juramentū fidelitatis feudalitiæ præstent domino feudi; iidem tamen differunt etiam quoad formā juramenti procuratorij: Syndicus n. & administratores civitatum & universitatum in propriam etiam animam, ut & singulorum de universitate jurare tenentur. *a)* alii v. procuratores singularium personarum non in propriam,sed in animam sui Principalis ejusdemq; vasalli,seu procuratorē constituentis jurant. *b)*

 a) *id.*

a) *id quod probatur I. arg. c. in pertractandis. 3. in fine ibi œconomos juramentum in animam jurantis præstare. X. de jurament. calumn. & c. 2. ibi: Abbate & priore nomine suo & in animas conventuum eorum. X. de testibus in 6. II. quia ipsa universitas collectivè considerata animam non habet. III. quia Syndici & administratores civitatum seu universitatum ipsimet feuda administrant. IV. quia ab his etiam non ab universitate collectivè fidelitas exigitur. Ideoq; in propriam etiam non singulorum de universitate animam tantùm jurare tenentur.* b) *per. gl. in Can. Tibi domino 33. in verbis. jurare facio. distinct. 63. ubi eadem hujus juramenti formula his verbis traditur concepta: Ego juro in animam Domini mei, quòd ipse hoc servabit: Dominus meus jurat per me, quod ipse hoc servabit, & sic ipsum Deus adjuvet. Nostro idiomate in aulis & Curiis Principum & Dominorum ita concipi solet:* Jch Sempronius als gevolmechtigter Gewalttrager Titii, schwere vnd gelobe in dessen Gewissen vnnd Seele Gott dem Allmechtigen vnnd den Schlössern aut simili feudo, vnd jhren Zugehörungen / als welche von dem Durchlauchtigsten zu Lehn rühren / demselben getrew / hold vnnd gewertig zu seyn / seinen Schaden zu warnen / vnd bestes zu werben / solche Lehn getrewlich zuverdienen / vnd davon zu thun vnd zu dienen / als solches ein Lehnmann seinem Lehnherrn schuldig vnd pflichtig ist / vnd Lehnsrecht vnd Gewohnheit erfordert / vnd einem getrewen Lehnmann zustehet / als wahr jhm GOtt helffe vnnd sein heiliges Evangelion. *Schneid. p. 5. n. 89. Vultei. c. 7. n. 40. vers. hodie forma illa &c.*

Corollaria.

I. *Ex l. fin. C. commodat. quæritur: An commodatum admittat compensationem?*

II. *Ex l. 2. C. de rescind. vendit: quæritur, an in articulo do ut des, qui bonæ fidei est, permutationis obtineat beneficium hujus legis?*

III. *Item quæritur: an in articulo do ut des qui stricti est juris, ut & reliquis contractibus innominatis concedatur d. l. 2. beneficium?*

Nos pro ingenij exercitio hæc Affirmanti contra negabimus; & Neganti contra affirmabimus.

∞§(:)§∞

DISPUTATIO SECUNDA

De

DOMINIS, QVIBUS ET CONTRA QVOS JURAMENTUM FIDELITATIS CLIENTELARIS præstetur.

RESPONDENTE

HENRICO CHRISTOPHORO à GRIESHEIM EQVIT. THURING.

MEMBRUM TERTIUM.

DE PERSONIS, QVIBUS FIDELITAS ET JURAMENTUM FIDELITATIS CLIENTELARIS SIT PRÆSTANDUM.

THESIS PRIMA.

De personis, quibus juramentum fidelitatis clientelaris præstandū, hæc tenenda est regula generalis: Juramentum fidelitatis clientelaris domino, à quo vasallus beneficium habet, præstandum est; & quidem omni domino sine discrimine sexus, ætatis, status aut conditionis, dignitatis, aut alterius alicujus qualitatis, adeo ut & pupillis, minoribus & furiosis dominis, licet per tutores & curatores suos fidelitas facienda & juranda sit. a)

a) Siquidem hi majore tuitione & defensione contra adversariorum insidias indigent. Adde quòd vasallus domino suo ut patrono fidelis esse debeat. Atq; hæc regula fundata persstat arg. c. un. §. ult. ibi: cùm feudum. Per quos fiat investitur: c. un. ibi: à filio & successore domini sui. quo temp. mil. investit: Peter: deb: c. un: ibi: sicut debet esse vasallus domini. qual. vasal. jur: deb: fidelit: c. un. ibi; post mortem domini. de capitul: Corrad: & aliis propè infinitis juris textibus, quibus juramentum domino dicitur præstandum stabilitur.

I I.

Primum itaq; ex hac regula per ampliationem consectarium est, quòd soli domino, à quo beneficium habet, vasallus juramentum fidelitatis præstare debeat, & non alij præter dominum. a) Exceptio tamen hujus est, ut vasallus sit excusandus, si metu, vi armorum, tyrannide aut simili necessitate cogente, cui resistere non potuit, adactus & inductus alij præter dominum fidelitatem juraverit. *b*).

a) *Nam vasallus quoad se eo ipso quod jurat alteri, desinit esse vasallus primi, & videtur dominum contemnere, & feudum suum, priorem dominum quasi abnegando, alienare, adeoq; si quis alij fidelitatem fecerit, pœnam privationis feudi incurrit. Mozz. de substant. feudor. n. 14.* b) *Bart. in tr. de tyrannide. q. 6. Marian. Freccia de subfeudat. libr. 2. auctorit. 4. Socin. consil: 36. volumin. 3. Speculat. in t. de feudis, §. quoniam. vers. decimo septimo. Corsetus de potestat: Regum. q. 100.*

I I I.

Secundum est: quòd soli domino & non alij vasallus fidelitatem faciat adeo, ut ne quidem filio domini adhuc viventis hoc juramentum patre invito præstare possit, aut debeat. *a*). Exceptio tamen hujus est: 1. Si pater itemq; dominus jus suum directum filio suo concesserit, & vasallum à juramento sibi præstito liberaverit, quo casu vasallus eundem, ut novum dominum, etiam vivo patre, eodemq; priore domino, sed tamen abdicato, recognoscere eiq; fidelitatem facere tenetur. *b*). I I. Si feudum sub ea lege sit concessum, ut vasallus fidelitatem præstaret etiam filio ipsius domini viventis, hoc casu vasallus omnino filio etiamsi pater adhuc in vivis sit, fidelitatem facere compellendus est. *c*).

a) *In-*

a) Jacobin. de S. Georg. in verbis: qui quidem investiti. n. 13. Ardizon sub tit. qual: jurar: deb. vasall. domin. fidelit. Alvarott. in c. un. de form. fidelit. n. 8. Præposit. in c. un. n. 4. qual. jur. deb. vasal. & in c. un. de probib. feud. alienat. per Lothar. Mozz. de substantial. feudor. n. 13. Schrad. p. 6. cap. 4. n 27. Vultei. cap. 7. n. 89. Nam placita feudorum hoc desiderant, ut vasallus vivo domino hoc juramentum ipsimet præstet: Ipso autem domino mortuo, ejus heredi idem demum præstet juramentum. c. un. in pr. de capitulis Corrad. c. un. §. præterea de prohibita feud. alienat: per Frider. c. un. quo tempore mill. investit: peter: deb. c. un. in pr. quæ fuit prim. causs. benefic. amitt. Ergo hinc consequens est, quòd vivo adhuc domino, ejus filio dare hoc jusjurandum minimè cogatur. Bocer. tr. de investit: cap. 4. n. 32. b) Vultei. d. cap. 7. n. 90. cum Dd. modò allegatis per tex. in c un. §. in nomine Christi. de pac. Constant. & per l. cùm Patronus. 22. §. 1. ff. de oper. libert. c) Tale namq; pactum servandum est, quia pacta dant legem contractibus l. 1. §. si conveniat. 4. ff. deposit. l. 1. ff. de pact. Jacobin. de S. Georg. d. n. 13. cum Dd. modò allegatis.

IV.

Tertium est consectarium: quòd vasallus juramentum fidelitatis clientelaris præstare debeat tantum domino primo respectu sui, seu proximiori seu immediato, non etiam superiori, remotiori aut mediato. Itaq; verbi gratia, si vasallus alteri feudum suum subinfeudaverit & concesserit, hoc casu huic scilicet subinfeudanti, non etiam domino domini sui subinfeudatus fidelitatem faciat & juramentum fidelitatis præstet. a)

a) Jason. inter Consilia Alberti Bruni Consil. 8. n. 52. Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 14. Menoch. libr. 3. præsumt. 102. n. 9. VVes. de feud. c. 8. n 12. Schrad. p. 6. cap. 6. n. 58. Id quod probatur: I. quia vasallus respectu domini immediati, non autem mediati, vasallus propriè dicitur. Nam homo vasalli mei non est propriè homo meus, & ideo non possum ipsum cogere ad præstandum mihi fidelitatis juramentum, inquit Jacobin. de S. Georg. d. n. 14. & post eum ac alios plures allegatos Schrad. d. cap. 6. n. 59. in fin. per gl fin. c. legitur. distinction. 81. II. quia quod à domino immediato solo vasallus investituram petere debeat dicit expressus textus in cap. Imperialem. §. Præterea si quis de prohibit. feud. alienat. per Frideric. ibi: à proprio domino; ubi

proprium dominum vasalli, intelligunt omnes ipsum dominum immediatum à quo proximo subvasallus feudum suum habet Menoch. libr. 3. præsumtion. 102. n. 3. atq; hunc textus feudarius suum dominum vocat in eod. c. un. §. in super. vers: illud quoq; præcipimus, ibi: sui domini. III. Idem textus eod: vers: illud quoq; præcipimus hoc magis probat ibi: nisi pro servitio domini sui hoc fecerit & c. ubi dominus proximus præfertur domino superiori, & vasallus immediato domino contra dominum mediatum auxilium vel servitium præstans feudo non privatur Schrad. d. c. 6. n. 60. IV. Hujus argumentum præbet c. un. §. excepto eo. qual. olim poter: feud: alienar. ubi ille qui secundo loco beneficium acceperat (qui est subvasallus) proximi domini jure feudi extincto, non amittit feudum, si priori domino servire & ab eo feudum recognoscere velit. Ergo antequam proximi domini jus extinguatur, feudum à superiore recognoscere ac proinde ipsi fidelitatem jurare non cogitur. V. Faciunt ad hoc vulgata juris brocardica, quibus dicere inde solemus: vasallum vasalli mei non esse meum vasallum, quemadmodum libertum liberti mei meum esse libertum l. si quis à liberis. 5. §. si quis à libertis. 22. ff de liber. agnosc. l. Modestinus. 105, ff. de V. S. Item socium socij mei socium meum non esse l. nam socij. 20 ff. pro socio. Iason. inter consilia Alberti Bruni consil. 8. n. 55. & seqq. Menoch. præsumt: 102. n. 1. VI. Quia immediatus dominus, mediato potius jus in vasallo habet arg. l. qui liberis. 8. § hæc verba. ff. de vulgar. & pupill: substit: quotiescunq; autem circa idem duo incomparabilia concurrunt, id quod potius est, alteri præfertur arg. l. quæritur. 10 ff. de stat: homin: l. 3. in pr. ff. de tutel: Iason in l. si arrogator. 22. n. 49. ff de Adoption: & in l. imperium. 3. ff. de Iurisdiction.

V.

Sed & hoc suas patitur exceptiones: Primò namq; quamvis superiori domino fidelitas à vasallo non sit juranda; sed domino tantùm immediato & primo respectu sui, Imperator tamen vel Rex Romanus in juramenti illius præstatione nihilominus nominatim excipi debet, quasi huic quoq; insimul juretur, aut si non nominatim excipiatur, saltem tacitè exceptus intelligatur, ut contra hunc domino suo proximo vasallus fidelis esse, aut ei servire non cogatur. *a*) II. quamvis vasallus domino suo immediato tantùm juramentum fidelitatis præstare debeat; attamen etiam domino superiori seu domini sui domino, Imperatore etjam

jam inferiori, fidelis esse eumq; non offendere, debet; nisi in eo casu excepto, ubi pro servitio alterius domini sui scilicet immediati hoc fecerit. *b*). III. quamvis vasallus domino suo immediato tantùm, non etiam mediato juramentum fidelitatis præstet, & domino suo immediato contra mediatum citra periculum privationis feudi sui auxilium ferat; si tamen dominus feudi mediatus sit dominus generalis vel universalis generalem habens jurisdictionem provinciæ vel territorij, immò vel patriæ illius, quam vasallus incolit, & idem dominus mediatus pro patria vel publica utilitate contra alium dominum, vel etiam contra ipsius vasalli dominum immediatum bella gerat; dominus verò mediatus ex privata vindictæ cupiditate contra alium, vel fortè contra patriam pugnet, hoc casu vasallus non immediato domino suo, sed mediato fidelis esse, eiq; auxilium ferre debet. v. g. Si Baro quidam Romani Imperij qui sub Electore aliquo esset, bellum gereret contra quendam Principem ejusdem Imperij, tunc utiq; vasalli Baronis ipsi fideles esse & auxiliari tenerentur; at si Baro ille contra Electorem suum dimicaret, adeoq; contra patriam, tunc vasalli illius Baronis ipsi Electori ut domino suo mediato contra Baronem illum, dominum suum immediatum, fideles esse & suppetias ferre adstringerentur. *c*). IV. quòd si in investitura feudi pactum fuerit appositum, quòd nedum vasallus, sed etiam homines sui teneantur superiori domino præstare juramentum fidelitatis, tunc utiq; subvasallus & domino immediato suo & domino mediato etiam juramentum fidelitatis ut præstet obstringitur. *d*)

a) *Modestin. Pistor. Consil. 12. n. 7. & duob. seqq. vol. 2. Hart. Pistor. q. 47. n. 31. & seqq. libr. 2. Laur. Sylvan. de feud: recognition: q. 109. n. 13. VVes. cap. 8. n. 28. & Consil. 6. n. 123. Schneid. p. 5. n. 82. Et probatur: I. arg. l. Imperatores. 38. in pr ff. ad municipal: & per expr. textum juris feudar: in c. un. excepto Imperatore vel Rege. de nov. form. fidelit: & in c. un. in fin. de prohibit: feud: alienat: per Frider: II. quia Imp. vel Rex est dominus universi orbis terrarum l. deprecatio. 9. ff. ad L. Rhod. de jact: III. quia Imp. omni creaturæ debet præferri c. solidè. extr. de major: & obed. Ergo & in omni juramento excipitur.* b) *Id quod probatur expresso textu c. un. §. insuper vers: illud quoq; præcipimus. de prohibit. feud. alienat. per Frider, ubi Imp. ait: Si vasallus de feudo suo alium vasallum ha-*

 buerit,

buerit, & hic vasallus vasalli dominum domini sui offenderit, nisi pro servitio alterius domini sui hoc fecerit, feudo suo privetur. Ex quo hæc elicitur conclusio: quòd vasallus etiam domino suo mediato, licet juramentum clientelare ipsi non præstiterit, nihilominus tamen sub feudi privatione fidelis esse debeat; cùm beneficium hoc ab eo primam originem habeat, & in eo quasi fundamentum originale posuerit. Veruntamen non contra dominum suum & immediatum: sed hunc domino mediato & superiori, eiq; remotiori præferre debeat. c) Nam vasallus patriæ ejusq; patri quam domino feudi debet arg. l. minimè. 35. ff. de religios: & sumtib. funer. Jacobin. de S.Georg. in verbis. Et promiserunt. num. 12. vers. Conclusionem prædictam. Et in verbis: qui quidem investiti. n. 14. Speculat. de feud. §. quoniam Schrad. d. c. 6. n. 60. in fin. & alij ibi allegati. d) Etenim pacta & conventiones præscribunt contractibus legem. c. contractus. extra. de reg. jur. in 6. Jacobin. de S. Georg. in d. verb. qui quidem investiti. n. 14.

VI.

Quartum ex prædicta regula generali per ampliationem Consectarium est, quod sólius domini heredibus relictis non alij alicui mortuo domino, juramentum fidelitatis feudalis à vasallo præstetur. Sed quia hoc jus, quomodo scilicet pluribus domini heredibus à vasallo juretur, non omnibus obvium & planum est; quippe quòd dominus Hartmannus Pistoris dicat, *a*) hanc quæstionem multùm agitatam esse; & Dn. Rosenthal. intricatam & nodosam eam statuat *b*); & varias de ea Interpretum esse opiniones testetur Iulius clarus *c*); Ideoq; hoc etiam jus facilioris ut fiat cognitionis, antequam ad decisionem ipsam deveniamus, hosce binos casus præmittimus tanquam certos & minimè controversos. *I.* Si dominum directum aut feudum dominans ad unum aliquem heredũ domini vel ex divisione vel vigore cujusdam privilegij, consuetudinis, aut assignatione uni eorundem domini coheredum facta, aut qua alia ratione, pervenerit & pertineat, huic soli fidelitas facienda & juranda est. *d*). II. Si jus dominij in feudo pluribus coheredibus defuncti adhuc competit, nec ad unum aliquem certò devolutum est, tunc iterum quoad hoc jus hi sequentes casus subdistinguendi sunt. Primò enim aut feudum illud ab initio & origine sua à pluribus dominis concessum fuit; tunc de hoc pluribus etiam heredibus domini vel dominorum,

iisdemq;

iisdemq; omnibus fidelitas facienda & juranda est. *e*). Secundò aut vasallus ipse omnes aut plures heredes ejusdem domini feudum pro indiviso, immò etiam pro diviso tenentes, jam semel dominos agnovit, hoc casu sibi imputet quòd deinceps actu continuo eosdem omnes dominos agnoscere, isq; juramentum fidelitatis præstare cogatur; *f*).

a) *d. q. 47. n. 18. in fin. libr. 2.* b) *cap. 6. conclus. 38. n. 1.* c) *in §. feudum. q. 49. n. 11.* d) *Jul. Clar. d. n. 11. Pistor. d. q. 47. c. 29. Jacobin. de S. Georg. in verbis: qui quidem investiti. n. 28. vers. potestatu tamen. Wurmser. t. de feud. 51 observ. 27. n. 1, in pr. Schneid. p. 5. n. 15. in fin. Schrad. p. 6. c. 1. n. 13. Rosenth. cap. 6. Conclus. 38. n. 3. Molinæ. in consuetudin. Paris. t. 1. §. 2. gl. 4 n. 52. Bocer. tr. de investit. cap 4. n. 42. Neq; de hoc ambigitur argumento sumto à correlativis ab uno heredum vasalli, cui eodem modo feudum serviens obvenerit per text. c. un. §. omnes filij. Si de feud. defunct. content. sit int. domin. &c. & arg. l. 1. & t. t. ff. de assig libert.* e) *Jacobin. de S. Georg. in verbis. qui quidem investiti. n. 28. vers. idem est si ab initio Rosenth. cap 6. Concl. 38. n. 13. Nam tali casu ut feudum à pluribus originatum est, ita sua natura plures admittit fidelitates pro pluribus dominis, & dominorum heredibus;* f) *Jacobin. de S. Georg. d. n. 28 vers. aut ipsi. Mozz. de substantial. feudor. n. 28. in fin, Rosenth d. concl. 38. n. ult. in fin.*

VII.

Hisce præsuppositis pro solida & inconcussa decisione propositæ quæstionis extruimus hanc regulam: pro uno eodemq; feudo sive indiviso sive diviso vasallus si juret, unam tantùm juret fidelitatem, etiamsi ejusdem feudi indivisi vel divisi plures domini fuerint. *a*)

a) *Atq; hanc sententiam ut communem comprobamus auctoritate glossæ in c. un §. omnes filij. Si de feud. defunct. content. sit &c. ubi & Bl. Andr. de Isern. Jacob. de Belvis. Iacobin. de S Georg. in verb. qui quidē investiti. n. 28. Blancus de feudis cap. 1. n. 24. Laur. Sylvan. de feud. recognit. q. 106. n. 6. Andr. Tiraquel. de jur primogenit q. 85 n. 14. qui omnes unanimi sententia concludunt: vasallum non nisi unum ex pluribus heredibus agnoscere dominum, eiq; uni fidelitatem jurare cogi posse, Et horum sententiæ adstipulatur etiam jus Saxonicum in cap. 29.* Landrecht *ubi dilucidē tautum reperitur, vasallum non nisi ab uno ex filiis domini feudi investituram petere debere:* Der Mann/*inquit textus*, darff auch nicht denn von einem seines Herrn Sohne

Sohn sein Gut entpfahen. *Et confirmatur hæc regula expressis juris feudarij textibus variisq; rationibus: I. quidem c. un si plures sint domin: vel vasal: an plur. fidelit: vel servit: deb: t.77. extraordin. ubi F. ait:* Plures autem domini etsi feudum inter se dividant, nullo modo nisi unam fidelitatem ex feudo habere poterunt. *II. Ex rubrica capituli un. Non cogi vasallum pro uno feudo duas fidel: facer: t.102. extraordin. III. Per text: ejusdem tit: ubi F. ait: vasalli qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, nisi domini illud feudum primò partirentur, quoniam secundum jus feudi non debet quis duas fidelitates, pro eodem feudo facere. q. d. cùm fidelitas dividi non possit, potius feudum dominans domini inter sese dividant, ut apertum fiat, cui domino per divisionem jus dominans in feudo subjecto præ reliquis contigerit, adeoq; ei tantùm fidelitas facienda sit, & reliquorum jus quoad fidelitatem præstandam extinguatur, ne vasallus pro uno eodemq; feudo plures dominos agnoscere pluresq; fidelitates facere cogatur. Ergo hic loci feudum partiri nihil est aliud, quàm dominos inter sese convenire, quis sit principalis, cui uni fidelitas reliquorum nomine juretur. Dn. Lucas Beckman. in prælection: feudal: de jurament: fidelit: clientelar: t. quibus juramentum fidelitatis præstandum; & hujus argumentum procedit à correlativis per tex. in c. un. §. omnes filij. in fin. Si de feud. defunct: cont: sit &c. vel si hac via salvi procedere haud valeamus, hoc distinctionis medio rem expediemus; quando in prædicto c. un. si plures sint dom. vel vasal: an plur: fidel: t.77. dicitur: Plures autem domini etsi feudum inter se dividant, nullo modo nisi unam fidelitatem ex feudo habere poterunt &c tunc divisio illa intelligenda est tantùm de nudo jure, ut divisio tantùm sit formalis, non de jure & possessione simul, ut ne divisio sit realis & actualis per partes revera distinctas, adeoq; si plures domini feudum inter se diviserint, puta tantùm quoad jus illius feudi, tunc utiq; unus eorum manebit principalis vel dignior, cui jus dominans in feudo subjecto contingat, eiq; soli reliquorum etiam nomine & loco fidelitas juretur. Contra aliàs si divisio facta sit realis, tunc unus non manebit principalis, sed quot erunt partes, tot erũt feuda, quot feuda tôt separati erunt domini, quot domini separati tot vasalli, quot vasalli tot erunt fidelitates per d. c. un. si plur: sint domin. vel vasal: &c t 77. extraordin: ibi: si verò partitum fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates; scilicet ut hic textus ita inducatur: si plures domini revera sibi dividant feudum, & plures sunt pro partibus illius divisis vasalli, tunc singulæ feudi realiter divisi partes singula fiunt tota feuda, & sit tanquam pro singulis*

gulis plures sunt fidelitates; vel posito, quòd unus tantum sit vasallus, at verò plures domini feudum revera & realiter inter se diviserunt, tunc singulæ partes illius singula tota faciunt feuda, & proinde unus vasallus plura distincta à distinctu dominis habet feuda; ergo plures utpote pro singulis individualiter præstet fidelitates. Immò vel planius per d. cap. un. Non cog. vasall: & c. tit: 102. in extraord. ubi dicitur: vasalli qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, nisi domini illud feudum primò partirentur, hoc intelligendum est de divisione reali & actuali; id quod evincit ratio à contrario sensu, scilicet si domini illud feudum partiti fuerint realiter, utiq; plures fiunt partes, plura inde feuda, plures separati domini, & consequenter à pluribus dominorum vasallis plures fidelitates; cùm tamen aliàs si feudum sit indivisum & plures sint domini, pluresq; vasalli in commune possidentes, nulla sit facienda fidelitas. per hoc c. un. tit. 102. vel si formaliter quoad jus tantùm sit divisum d. c. 77. una sit fidelitas. Rationis hujus ratio fundata perstat in regula generali d. cap. 77. ibi: Si vero partitum fuerit (puta realiter non formaliter) quot partes tot erunt & domini & vasalli & fidelitates. Hac distinctione obtinente prædicta in thesi hac nostra ita tanquam ad speciem restricta informanda est regula: pro uno eodemq; feudo sive indiviso sive formaliter diviso vasallus si juret, unam tantùm juret fidelitatem, etiamsi ejusdem feudi indivisi vel formaliter divisi plures domini fuerint. Concludendum igitur in terminis feudi divisi, si divisio feudi sit tantùm formalis inter plures domini heredes, quòd unam tantùm vasallus faciat fidelitatem; sin verò realis sit divisio, quòd fine tot fidelitates, quot sunt partes. Sicubi hoc non gratiam mereatur, inhærebimus unà regulæ omnino generali; quantumvis hoc distinctionis stratagemate multas turbas & rixas tum dominorum tum vasallorum inter ipsos in praxi possimus evitare, ut in conflictu disputationis quæsiti ostendemus. IV. Per tex. ordinarij c. un: §. præterea ducatus. ibi: ita tamen. de prohib. feud. alienat. per Frider. ubi Imp. sanxit: Non compelli vasallum pro uno feudo plures dominos habere. V. facit hac ratio: Si vasallus originaliter feudum ab uno tantùm concessum habuerit; Ergo ex natura ejusdem feudi tantùm ad unā fidelitatem perpetuò tenetur; quia feuda regulantur ad jus primi acquirentis per d. c. un. Si plur. domin. vel vasal. tit. 77. x ord. & c. un. in fin. Non cogi vasall: pro un. feud. duas fidelit. & c. t. 102. x ordin. VI. Suppeditat vulgata regula: quòd ex persona plurium heredum, hereditatis & obligationis & consequenter feudi conditio & natura non debeat immutari

mutari

mutari l. 2. §. ex his. 2. ff. de V.O. ibi: non ex persona heredum conditio obligationis debet immutari. l. 2. §. incertam. ff de prætor. stipulation. l. damni. 18. §. si is qui vicinas 5. ff. de damn. infect. l. cui fendo. ff de condit. & demonstrat. Hæc autem est primogenea feudi natura, ut pro eo una tantùm & uni fidelitas præstetur. VII. resultat ex regula; quod in plures adversarios distringi non debeat, qui cum uno contraxit l. & ancillarum. 27. §. ult. ff. de pecul. l. 2 ff. de exercitor. action. l. quòd si nolit. 31. §. si plures 5. ff de ædilit: edict. l. jam tamen. 5 §. pen. ff. judicat. solvi: Ergo cùm vasallus ab uno tantùm domino feudum acceperit, cumq; eo solo contraxerit, conditio illius ex morte domini & pluralitate heredum ejus durior effi. i non debet; proinde ad unam tantùm fidelitatem ipsum convenit teneri.

VIII.

Contra verò compluriũ Dd. est sententia, mortuo domino pluribus relictis filijs vel heredib9, illis omnibus fidelitatẽ esse præstandã *a*) sed ob modò traditas rationes, earũq; quibus eã propugnãt, rationum debilitatem *b*) eandem non possumus comprobare.

a) Cujus patroni sunt gl. in l. si cujus. 13. §. usufructus. 1 in verbo: oportere. ff. de usufr. Br. in l. cũ unus. 10, in pr. ff. de aliment. & cibar. legat. Bl. in l. 1. q. 22. ff. de R. D. l. pen. C. ut in possess. legat. in l. 1. C. de patrib. qui fil. distrax. Angel9 in l. loci corpus. 4. §. si fundus. ff. si servit: vindicat: Johan. de Immola in l. 2. ff. item si facto. Col. ult. ff. de V.O. Iason. in l de pupillo 5. §. si pluriũ. 6 ff. de oper. nov. nunciat: Alvarott. in c. un §. omnes filij si de feud. defunct. content. sit. Borch. de feud. cap. 7. n. 35. VVes. de feud cap. 8 n. 25. Schrad. p. 6. cap. 1. n. 13. vers. sin verò omnes. VVurmser. l. de feud. 51. observ. 26. n. 1 in fin. Sonsbec. p. 11. n. 16. 18. & in fin. ubi in hac sententia residere videtur. b) *Quarum præcipuæ hæ sunt: I. quia jus illud, quod heredes domini in feudo habent, est individuũ, Ergo heredi cuilibet in solidum competit; Ergo cuilibet ut domino individui illius feudi fidelitas in solidum juretur. Verùm ad hanc rationem per inficiationem respondent Carol. Molinæ. in consuet Paris. t. 1. §. 2. gl. 4 n. 51 eumq; secutus Hart. Pistor. libr. 2. q. 47. n. 20. Vultei. c. 7 n. 94 vers. ratio huius sententiæ. contrarium afferentes, quòd ipsum feudum sit dividuum, & proinde etiã dividuum sit ipsum jus dominij in feudo; cùm autem juramentũ fidelitatis sit individuum, singulis feudi dividui dominis jurandum nõ est. II. veriorem itaq; eamq; hic secundam afferunt hanc rationem: Ea quæ individua sunt, singulis etiam heredibus debentur in solidum l. cui fundus 56 ff. de condit. & demonstr. l. heredes. §. an ea. ff. famil. herc. isc: juramentum autem fidelitatis est individuum;*

viduum;& singuli heredes sunt domini, ijsq; singulis pro rata parte competit jus, quod defunctus senior in vasallum habuit l.1.C si unus ex plur. hered. creditor: l ea quae. C. famil. hercisc. l.1. C. de except. ubi dicitur, quod debitor hereditarius unicuiq; heredum creditoris pro portione hereditaria sit obligatus. Ergo singulis etiam & sic in solidum jurandum est. Pistor. d. n. 20. Intrigiol. q. 56. n. 267. Sed axiemata illa juris civilis intelligenda sunt de ijs, quae absolutè considerantur, ut sunt hereditates & nomina & obligationes hereditariae, quae utiq; unicuiq; heredum in solidum debentur; sed juramentum fidelitatis non absolutè; sed respectu & ratione feudi consideratur Intrig. d. q. 56. n. 264. & duob. seqq. Illud autem feudum aut est indivisum, & domini in communione illud possident, & tunc vasalli fidelitatem pro eo feudo facere non coguntur per c. un. Non cogi vasal. pro uno feud. t. 102. vel saltem unum inter se domini constituant cui juretur, ut postea trademus; aut est feudum divisum, & tunc cui domino per divisionem jus dominans in feudo subjecto contigerit, ei fidelitas facienda est, & reliquorum jus extinguitur ob hanc strictam rationem, ne vasallus pro uno eodemq; feudo plures dominos agnoscere cogatur Intrigiol. d. q. 56. Quinetiam distinctio superius posita huc potest applicari, si juramentum fidelitatis consideratur ratione feudi, jam verò feudum aut est indivisum & in communione & plures vasalli jurare non coguntur, cap. un. Non cog. vasal. pro un. feud. t. 102. vel uni alicui principali juratur per ea quae paulò post tradentur; aut est divisum inter dominos, & iterum vel formaliter tantum ratione juris in feudo, ut una adhuc sit possessio eorum simultanea, hoc casu una tantùm est praestanda fidelitas per cap. 77 extraord. aut feudum est divisum realiter & actualiter, quoad jus & possessionem simul, hoc casu quot sunt separatae partes, tot sunt fidelitates d. cap. 77. & cap. 102. extraord. III. Juramentum fidelitatis ratione ejus cui praestatur non censetur personale sed reale, ac proinde ad heredes est transitorium. Intrig. 1. d. q. 56. n. 262. Si ad heredes est transitorium; Ergo ad omnes arg. l. 2. c. de hereditar. action: Ergo juramentum fidelitatis omnibus defuncti filijs praestandum est. Sed juramentum hoc ad heredes est transitorium non per se & absolutè; sed feudi ratione; feudum autem est diversimodè attemperatum, modificatum, & qualificatum uti jam dictum. IV. Ratio est VVesenb. cap. 8. n. 26. arg c. un. vers. eam & illud judicatum scio. de eo qui sibi & hered. suis. &c. ubi F. ait: Si ille qui proprium feuum suum militi pro beneficio dedit, duobq filijs relictis decesserit, quorum unus filia tantùm relicta obijt: alter verò filio masculo

relicto superstite defunctus est: quòd miles non debet feudum suum per fœminam recognoscere. Ergò à contrario sensu infert: Si utrobiq; masculi superstites fuissent, ab utrisq; etiam feudum recognosci debuisset; alioquin enim si aliter hunc textum intelligamus supervacanea foret ea quæstio, cùm agatur de duorum heredum nepotibus, & si uni tantùm fidelitas fieri debeat, non opus fuisset de alterius coheredis ulterioribus heredibus quærere. Verùm hinc extruitur ἑτεροζητήσεως ἔλεγχος, quoniam in illo textu non principaliter de juramenti fidelitatis præstatione; sed tantùm de feudi recognitione, agitur, scilicet extantibus masculis, præ fœminis ab illis feudum recognoscatur ob hanc rationem: quia masculi digniores sunt, & ne de una eodemq; feudo vasallus, plures dominos recognoscere cogatur, c. un. Non cog. vasal. pro un. feud. & c. t. 102. Ergò si pura & simplex quæstio esset de juramento fidelitatis præstando, tunc quantumvis plures masculi domini superstites essent, longè aliud decideretur, ita quidem ut in præcedentibus est traditum, puta si plures sunt domini & vasalli in communione, nulli fidelitas est præstanda c. un. Non cog. vasal: pro un. feud. duas fidelit. t 102. aut eorum unus est constituendus principalis, ut mox tradetur; aut feudum dividitur inter plures dominos tantùm quoad jus & ei, cui jus dominans in feudo subjecto contigerit, jurandum est; aut realiter dividitur, & tunc quot sunt partes tot sūt fidelitates c, un. si plur. sunt dom. t. 77. & c. un. Non cog. vasal, pro un. feud. t. 102. V. Si plures sunt proprietatis domini in usu fructu, iis omnibus & singulis satisdationem præstare usu fructuarius tenetur, se boni viri arbitratu usurum fruiturum l. si cujus. 13. §. 1. vers. sed etsi plures. ff. de usu fruct. & l. si usufructus. 9. §. ult. ff. usufructuar. quemad: caveat: Feudum autem comparatur cum usufructu. Ergo pro feudo vasallus etiam omnibus & singulis dominis juramentum præstare tenetur. Sed maxima est differentia inter satisdationem usufructuariam, & juramentum fidelitatis, illa est dividua & propterea multis fieri potest; Hoc verò est individuum; ideoq; ad qualitatem talem feudum est dirigendum, ut pro eo unum tantum præstari possit individuum juramentum. Deinde de feudali fidelitate habemus expressum jus, quod pro uno feudo etiam ex pluribus dominis uni tantùm una fiat fidelitas per jura antea in prima ratione superioris sententiæ nostræ allegata; sed de satisdatione usufructuaria leges allegatæ probant, quod ut dividua pluribus dominis fiat. VI. In remedio nunciationis novi operis cùm pluribus rei cujusdam dominis novum opus nocet, singuli necesse habent nunciare novum opus, nec sufficit unius nunciatio, at singulis etiam qui nunciarunt, caveri debet, si conveniat inter eos, ut uni caveatur

vatur l. de pupillo. 5. §. si plurium. 6. & l. stipulatio 21. §. idem ait. 6. ff. de oper. nov. nunciation. Sed idem de hac cautione regeri potest, quod ante de satisdatione usufructuaria assertum est. VII. Dominus & vasallus sunt relata, quorum utrinq; eadem est ratio, ut quod in uno est statutum, censeatur etiam dispositum in altero. Everhard. in topic. à correlativ. n. 3. Ergo cùm vasalli heredes singuli teneantur domino fidelitatem facere c. un. §. omnes filij. Si de feud. defunct. cont. sit c. un. §. præterea ducatus. de probibit. feud. alienat. per Frider. & §. est disputatum. Consequens videtur, quod & singulis domini heredibus præstanda sit fidelitas. Boter. tr. de investit. feudal. cap. 4. n. 43. in fin. Sed dominus & vasallus sunt quidem relata; at verò non pariter omnia jura de domino & vasallo disposita, sunt relata, ut de obligatione domini & vasalli suo loco traditur. Ergo quando dispar est juris ratio, idem jus de utroq; non statuendum. Diversa autem est ratio fidelitatis pluribus domini heredibus præstanda, & à pluribus vasalli heredibus præstanda. Fidelitas pluribus domini heredibus præstanda est tantùm una, ne vasallus ultra vires obligetur pluribus dominis servire, ideoq; passim jure feudali cautum est, quòd una tantùm pro uno feudo fiat, fidelitas. c. un. §. præterea ducatus. de probib. feud. alienat. per Frider. c. un. si plur. sint domin. vel vasal. t. 77. extraord. c. un. Non cog. vasal. pro un. feud. plur. fidel. t. 102. At contra à pluribus vasalli heredibus singulis domino fidelitas est præstanda necessariò, ut domino à suis clientulis integra sit fidelitas, & sic dominus tutus sit atq; incolumis. IIX. Argumentum à libertis eorumq; operis ad vasallos eorumq; fidelitatem præstandam probabiliter procedit. Atqui operæ libertorum etiam pluribus heredibus patroni sunt præstandæ l. ut jurisjurandi. 7. §. si liberi. 6. l. si quando. 8. in fin. princip. ff. oper. libertor. Ergo etiam pluribus domini heredibus fidelitas à vasallo præstetur. Sed dispar est ratio operarum libertorum & fidelitatis clientelaris: quia hæc ut est quoddam individuum, ita etiam dividi non potest, Intrigiol. q. 56. num. 264. & duob. seqq. Operæ autem libertorum numero dividi potest, l. libertus. 15. §. 1. ibi: obligationem operarum dividi. ff. de oper. libert. l. in stipulationibus. 54. §. E. in fin. pr. ibi: sed in numerum. ff. de V. O. Deinde argumentum à liberto ad vasallum prorsus evanescit, ubi textus juris feudalis quæstionem decidit, ut fit in textibus modò allegatis. IX. Hartm. Pistor. libr. 2. q. 47. num. 24. & seqq. statuit: vasallum, licet pluribus heredibus fidelitatem faciens, dinumerando personas, plures nanciscatur dominos, unam tamen tantùm facere fidelitatem, quod habeantur instar unius domini; & textus ait in c. un.

 si plur.

si plur. sint domin. t. 77. & c. un. Non cogi vasal. pro un. feud. t. 102. plures saltem fidelitates repudiare, neq; quicquam in personarum numero desiderare aut distinguere. Sed & hoc apertè repugnat textui in c. un. §. praeterea ducatus. de prohib. feud: alienat: per Frider. ubi apertè dicitur: plures non tantùm fidelitates: sed & plures dominos vasallum habere cogi non posse. Plures autem dominos haberet, si pluribus heredibus fidelitatem deberet.

IX.

Ex hisce jam per discursum traditis constat, quòd licet pluribus domini defuncti heredibus relictis, uni tamen domino & una tantùm pro uno feudo præstanda sit fidelitas, quibus autem modis illa una fidelitas rectè fieri possit, & quis sit unus ille dominus, id verò altioris est indaginis. Illum autem hisce duobus modis apertè cognosci, illamq; omnino convenienter fieri posse concludo. Primò quidem si plures domini defuncti relicti sunt filij & sic coheredes, tunc illi coheredes omnes in unũ inter sese consentiant, eiq; committant, ut fidelitatem & suo & communi reliquorum nomine recipiat, quod si fecerint, indubium est, quin huic fidelitas decenter & aptè præstari debet. *a)*

a) *Hanc sententiam quæ Bocero aliàs est numero tertia, tenent Martin. Laudensis Alvarott. n. 6. Præposit. Schenck. in c. un. §. omnes filij. si de feud. defunct. cont. sit Jacobin. de S. Georg in verbis: qui quidem investiti. n. 28. vers. aut feudum habuit principium. Zas. p. 1. num. 11. Molin. in Consf. Paris. t. 1. §. 2. gl. 4. n. 54. VVes. cap. 8. n. 26. vers. quia tamen. Hart. Pistor. q. 47. n. 24. libr. 2. Vultei. c. 7. num 94. vers. has opin. Niel. disput. 7, th. 4. Schoner. libr. 1. disput. 5. th. 176. Bocer. tr. de investit. cap. 4. num. 45.* Et hanc sententiam in praxi observari testatur Molinæus d. loc. & Zas. d. n. 11. asserit, quod ita apud Germanos observetur, ut unus juret pro omnibus, & post eum Rosenth. cap 6. concl. 38. num. 11. & se vidisse observari scribit Iul. Clar. in § feudum. q 49. vers. ego semper vidi. *Facit pro hac decisione. l. quòd si nolit. 31. §. si plures. 5. ff. de ædilit. edict. ubi omnes heredes in unum procuratorem consentiant. ad redhibendum. Item l. stipulatio. 21. §. idem ait. 6. ff. de oper. nov. nunciat. ubi dicitur: etsi plures nuncient, curandum esse ut uni caveatur, si inter eos conveniat l. jam tamen. 5. §. unus. 1. ff. judicat. solvi. Et l. 4. §. creditoribus.*

bus. 9. ff. de fideicommissar. heredit. ubi Ulpian. dicit: caveri quemadmodum debet? utrum singulis an verò omnium nomine uni ab ipsis creato? & oportet officio judicis constitui convenire Creditores unumq; creare cui caveatur omnium nomine. Et arg. hujus l. 4. ut & d. l. stipulatio. 21. §. 6. concludit Bocer. cap. 4. d. tt. de investit. n 45. vers atq; hæc media. in fin. quod dominus superior, cui subjecti sunt plures heredes defuncti domini requiri debeat, ut is constituat convenire plures illos domini heredes, unumq; eligere, cui fidelitas promittatur.

X.

Secundò: quòd si plures unius domini à quo uno feudum descendit heredes inter se dissentiant, quò minus hoc uni committere velint; Sed, quia omnes æquales sunt, omnibus sibi æqualiter fidelitatem fieri & juramento firmari velint, & tunc distincta hæc procedunt sequentia jura: I. utut plures illi æquales heredes domini sibi æqualiter juramentum fidelitatis à vasallo fieri cupiant, nihilominus tamen uni eorum, quamvis nomine omnium, fidelitatis juramentum fieri debet; quia immotum juris feudarij principium est, quòd pro uno feudo una tantùm fieri debeat fidelitas per jura jam ante tradita. Itaq; tali casu ut uni eorum fidelitas commodè promitti possit, accuratè attendendum est, annè subsit aliqua caussa, cur huic potius quàm alij heredum fidelitas sit promittenda? quâ probè cognitâ, ob eam uni heredum fidelitatis juramentum præstetur. Quare si quispiam heredum sit dignior cæteris, & eos dignitate vel auctoritate antecellat, huic soli & uni fidelitas juramento promittatur. *a*) II. Si nulla talis caussa subsit scilicet cur alter heredum alteri præferri debeat, tunc præ cæteris seniori & primogenito fidelitas promittenda est. *b*) III. Si forsan ignoretur, quis senior sit, tunc aut gratificationi locus erit, ut vasallo electio concedatur, cuinam ex heredibus jurare velit. *c*) IV. aut deniq; requirendus erit dominus superior, cujus jurisdictioni heredes illi subjecti sunt, ut is controversiam dirimat ac terminet desidiendo, ut aut heredes plures inter se conveniant de uno eligendo, cui fidelitas jùretùr. *d*) aut ipse statuat, cui ex heredibus domini fidelitas facienda sit. *e*)

a) Nite-

a) *Nicolaus Boër. ad consuetud. Burgundiæ t. de feud. §. 10. Hartm. Pistor. d. q. 47. n. 27. Vult. d. c. 7. n. 95. in fin. arg. l. maiorem. 8. ibi: qui dignitate alios antecellit. ff de pact. & l. ult ff. de fid. instrumentor. arg. c. si duo. §. ult. ibi: idoneiorem ex ipsis eligere valeat. extra de procurator. in 6.* b) *Tiraquel. de jure prim. q. 85. n 15. arg. d. l fin. ff de fid. instrument. l. cum pater. 77. §. cum pater. 21. ff. de legat. 2.* c) *Id quod convenienter probatur per l. 3. §. si cum omnes. ff. ad Sc. Syllan. ubi si servus non possit opem ferre omnibus dominis, est in eius arbitrio, quem cæteris in ea re anteponere velit; & per ea quæ tradit Jacobin. de S. Georg. d. n. 28. vers. & tunc tentatis conclusionem, & Tiraquel. de jure primogen. q. 17. opin. 2. n. 2*; quamvis hi generaliter electionem vasallo tribuant, quod tamen non facilè probandum, cùm durum & in humanum foret, si vasallus arbitrio suo uni hoc totum jus tribuere & reliquis coheredibus suas ratas portiones planè adimere posset. *Ad speciem igitur prædictum in modum & ordinem*: sc. ut vasalli seniorem inter plures domini defuncti heredes eligant, *eorum ut & aliarum argumenta applicanda sunt, quæ petuntur ex l. plerumq;. §. fin. ff. de jur. dot. l. jusjurandum. 34. §. 5. ff de contrah. emtion. & vendit. l. 7. §. 5. ff de donation. inc. vir. & uxor. l. 6. §. 1. ff. de jur. Patron. l. 6. §. 1. ff. de re judicat l. 95. ff. de solution. l. 10. C. de condict. indebit. in quibus in alternativis generaliter quidem tribuitur. electio debitori. Ergo in proposito vasallo ob paritatem rationis potest tribui electio, verum quæ sit limitata ad jam dictum ordinem scilicet de coherede Seniore ob jura in eo specialiter proposita.* d) *l. 4. §. Creditoribus. 9. ff. de fideicom. heredit. l. stipulatio. 21. §. 6. ff. de oper. nov. nunciat.* e) *arg §. sed ex testamento. vers. sin autem ipsi tutores dissenserint I. de satisdation. tutor. & arg. l. 3. §. si non erit. 7. vers. prætor igitur ff. de administrat. & peric. tutor. Bocer. tr. de investit. cap. 4. n. 45. vers. Non ineptè. Et in hanc sententiam congruit jus Saxon. cap. 29.* Landrecht *ibi*: Das muß aber der öberster Herr erstlich entscheiden/ an wen er es verweisen wollen/von dem sie ihr Guth empfahen sollen/ob sie sich darumb selbsten nicht vereinigen / von wem sie ihr Guth empfahen wollen. *Hart. Pistor. d. q. 47. num. 28. libr. 2. Bocer. in fin. d. vers. Non ineptè ubi post Pistor. hanc tutissimam dicit sententiam, & ut vasalli eam eligant viam suadet.*

Etsi

XI.

Etsi v. uni ex heredibus domini ita ut jamdictum fidelitas promittatur, sive illa uni solùm, sive reliquis omnibus etiam præsentibus fiat, nihilominus tamen vasallus omnibus & singulis domini heredibus teneatur esse fidelis; quia omnium heredum nomine promittit fidelitatem; licet non nisi uni servitia præstare cogatur. *a)*

a) *Zas part. 7. n. 11. & suo loco de obligat. mutua domin & vasal. de hoc copiosius differitur.*

XII.

Quintum ex prædicta regula generali per ampliationem consectarium est, quòd adeo domino feudi, à quo vasallus beneficium habet, & quidem soli fidelitas facienda sit, ut tantùm proprietario non etiam usufructuario fidelitas facienda, & fidelitatis juramentum præstandum sit: Itaq; si contingat, ut in feudo dominante alicui ususfructus vel verus vel simile aliquod jus percipiendorum fructuum constituatur, ut v. g. fieri solet, si in feudis dotalitia constituantur viduis in compensationem dotis suæ, & ad alimenta & sustentationem ad dies vitæ suæ; vel si feuda maritis in dotem dentur; vel si creditores vasalli in fructus feudi usq; ad debiti sui exsolutionem immittantur, hoc casu non usufructuario, non fœminæ seu viduæ, non marito non creditori vasalli, non alii verò usufructuario, aut simile jus habenti; sed proprietario domino tantùm fidelitas facienda & juranda; hujusq; solius fidelitatem à vasallo exigendi postestas est. *a)* Exceptio tamen est hujus: si alicui castrum vel territorium aliquod cum omnibus juribus, pertinentiis & omnimoda jurisdictione concessum esset ad utendum, fruendum, sicut hodie in dotalitiis fœminarum Principum fieri assolet, hujusmodi & consimilibus quantumvis usufructuariis, & jus renovandi investituras, & inde fidelitatem exigendi competit. *b)* Quocirca hodie in talib. dotalitiis constituendis solet vasallus juramentum fidelitatis in casum mortis domini directi relaxari; vnd pflegen die Lehnleute auff den Todesfall des Lehnherrn ihrer Lehnspflicht erlassen/vnd an ihres Lehnherren hinterlassene Witfraw damit verwiesen werden.

a) *Guid. Papa q 447. n. 1. Menoch. Consil 66. n. 19 & ab eo allegati Beloonus Consil. 6 n. 16. Alciat. 683. n. 3. Et probatur hæc sententia, 1. quia hujus controversiæ decisio dependet ex eo, cui jus renovandi investituras competat;*

 us autem

ut autem jus investiendi, ita antiquas investituras renovandi à solo directo dominio feudali tanquam à sola & immediata potentia suæ causæ originalis & productivæ emanat. Atqui proprietarius habet dominium directum; usufructuarius tantùm utile; & consequenter nullam habet qualitatem feudalem, quæ realis est & perpetua, cùm tamen ususfructus sit tantùm personalis & temporalis, utpote qui morte finiatur §. fin. I. de usufruct. Consequens igitur est tantùm vero directo domino, eiq; proprietario, non autem usufructuario faciendam & jurandam esse fidelitatem. II. quia licet usufructuarius, dominus juris sui ejusdem ususfructus dici possit, largiori vocabuli domini significatu, rei tamen ipsius dominus non est l. 2. in pr. ff. de neg. & sumt. funer. l. 1. §. qui servum. ff. ad SC. Syllan. l. falsus in fin. ff. de furt. Proinde igitur ipsi fidelitas præstanda non est, ut quam ad rem, quam non habet, requirere nequit. III. quia usufructuarius rei dominium non habet, ideo nec novum opus nunciare potest l. 1. ff. de oper. nov. nunciat: nec confessoria actione pro servitutibus fundo dotali debitis agere potest, l. fin ff. de Servit. l 2. §. hæc autem. l. si fortè. §. hac actio. ff si servit. vindicet. Maximè quia sic jus tantùm personale debile, & brevi finiendum habet. Ergo nec investituras renovare multò minus fidelitatem exigere potest. IV. Quamvis usufructuario laudemia debeantur. Iason in l. fin. C. de jur. emphyt. n. 45. Guid. Papa. q. 477. n. 2. Bellon. Consil. 6 n 17. Alciat. respons. 688. Menoch. cons 66. n. 36. illa tamen ad obventiones & fructus pertinent. At obventiones & fructus omnes, omnisq; utilitas & proventus sunt usufructuarii l. uxori. ff. de usufructu legat: l. usufructu. 7. ff. quoniam. 2. in pr. ff. de usufruct. Investiturarum verò renovatio ex jure dominii directi dependet. Porro quamvis laudemia pro investiturâ & receptione novi vasalli debeantur arg l. fin. §. fin. C. de jur. emphyt. attamen hæc duo investitura & laudemia non ita copulatè cohærent, ut segregari nunquam possint; sed dominus proprietarius investire & fidelitatem recipere potest, quæ verò in compensationem & remunerationem investituræ novæ, tanquàm fructus & obventiones jure debitas recipit, usufructuario, semel jure percipiendorum fructuum à se abdicato, relinquere cogitur. b) *Menoch. d. Consil 66. n. 12. & seqq. usq; ad fin.*

XIII.

Sextum ex prædicta regulâ generali per ampliationem consectarium est; Cùm soli domino à quo vasallus beneficium habet juramentum fidelitatis, sit præstandum, quòd nihil intersit, utrum juramentum fidelitatis domino, ipsi an procuratori ejus utpote Cancellario vel alicui Consiliario præstetur. Nam & respectu domini hoc per procuratorem recipi posse jura comprobant. a)

a) *Vid.*

a) *Vti expressius est tex. in c. un. §. sed utrum. ibi: vel suscipiatur & ibi: ab utraq; parte. per quos fiat investit. & probat c. ea te. 22. ibi: sanè cùm Archiepiscopus. extr. de jurejur. & Clement. I. §. postquam idem Henricus, ibi: aliud ejusdem Cardinalibus de jurejur. in 6*

XIV.

Ejusmodi a. procurator etiam mandato sit à domino instructus necesse est. Et quamvis oporteat, ut illi nuncii, qui ad recipiendum fidelitatis juramentum à feudis majorib. & dignitatem Imperatoriā aut regiam connexam habentib. missi sunt, speciali mandato sint instructi. *a*) attamen ratione aliorum feudorum etiā nuncios aut procuratores generali mandato instructos esse sufficit; sed tamen ita ut ad juramentum recipiendum speciale mandatum habeant, licet vasallorum nomina specialiter expressā aut mandato inserta non sint. Et quod magis est, si quis procurator generalis absq; mandato à vasallo juramentum fidelitatis receperit, & dominus feudi hoc ratum habuerit, juramentum illud valebit. *b*) Ratio diversitatis quoad jura de procuratore vasalli antea tradita hæc est: quia juramentum fidelitatis non ita cohæret personæ respectu illius, qui hoc juramentū recipit, sicut illud personæ cohæret respectu illius qui præstat *c*)

a) *Sicuti constat ex d. c. ea te. 22. ibi: sicut à nobis mandatū acceperat. extr. de jurejur & Clement. I. d vers. postquam Henricus, ibi: quos ad urbem miseramus. de jurejur. in 6.* b) *Bl. in d. c. ea te. 22. n. 5. Schrader p. 6. c. 4. n. 36.* c) *Bl. in c. veritatis. extr. de jurejur. & l. un. §. ne autem. n. 4. C. de caduc. tollend.*

XV.

Itaq; hoc juramentum vasalli majores die Schrifft vnd Cantzelleysassen/ coram Principum Cancellario & aliis Consiliariis: minores v. vasalli & valvasini die Amptsassen/ coram Officialibus districtum & parochiarum, quos nos Schösseros vocamus præstare solent. *a*)

a) *VVesenb. c 8. de feud. n. 12. & hoc quotidiana addocet praxis.*

XVI.

Deniq; si contingat ut duo domini de principatu aut territoriis, vel de directo feudi dominio contendant, tali casu admodúm dubium est & periculosum cui vasallus præstet juramentum fidelitatis; Ideoq; Feudistæ tria quidem discrepantia suppeditant consilia, quib. vasallum instruunt; ex quibus si sic casus contigerit, vasallus quod sibi optimum & pro rei & temporum circumstantiis commodissimum visum fuerit, eligere poterit. Primô itaq; si neuter possidet,

nec constat uter sit legitimus dominus, tunc vasallus, neutri fidelitatem faciat; sed eam differat, donec alteruter contendentium feudi dominium obtinuerit; atq; ita Feudistæ consulunt ferè omnes; sed tamen interim vasallus etiam protestetur de sua diligentia, & quòd non in se sit impedimentum; sed ex illorum litigio caussetur. *a)* Secundò aut eodem casu vasallus, protestatione facta, fidelitatem, donec sufficiens cautio offeratur, recuset. *b)* Et quamvis etiam consultum videatur, si vasallus utriq; fidelitatem faciat, protestando tamen, hoc ipso se velle neutri litigantium præjudicatum esse, nec ulli alii eorũ, nisi cui deinceps dominium feudale fuerit adjudicatum, fidelitatem velle præstitisse, ut in simili decidit Baldus *c)* Idem tamen Baldus tutius, melius & consultius judicat, fidelitatem cum protestatione, quòd per se non stet, differre potius, quàm utriq; juramentum præstare, quòd tanquam tesseris ludi non erunt. *d)* Tertiò si alteruter possideat principatum aut simile territorium, id quod occupavit, huic potius favendum, eiq; juramentum fidelitatis præstandum suadent multi. *e)* Sed tamen & hoc casu si vasallus possidenti velit fidelitatem facere, tutius similiter poterit protestari de alteri non pręjudicando. *f)* Et hoc postremum consilium nobis quidem probatur. Sed tamen quid ex hisce tribus conducat vasallo pro rei & temporum circumstantiis videat ipse providus.

a) *Schneid p. 5. n. 38 in pr.* b) *quod consilium est Alvarot. in c. un. n. 24 quo temp. mil investit. Sonbec. de feud. p. 1. n. 22. vers fallit quintò. VVarm ser. pract. obs. 1. de feud. obs. 25. Barthol Cassanæus ad consuetud. Burgund. t. de feud. §. 1. vers. alâ vel Somni n. 26. & 27. & probatur per c. si verò. extr. de jure patronat. & c. un. §. sed laudatum scio. de controv inter Episcop. & vasallum: ubi si lis sit inter dominum & vasallum, investitura, & inde etiam juramentum fidelitatis differtur, donec super principali negotio cognoscatur; Eadem igitur ratione si lis & controversia sit inter duos de dominio contendentes, investitura & juramentum fidelitatis, donec super principali negotio cognitum fuerit, absq; calumnia & culpa vasalli differri potest.* c) *Bl. in proœm decretal. & in c ex tenore in fin extr. de rescript. & probat Oldrad Consil. 22. incipiens: ad quæstionem &c.* d) *Idem Bl. eod quem sequitur Cassanæus d. n. 27.* e) *Jacob Ardiz in summa feudali cap. 73. Guido Papa Consil. 68. n. 4 & Consil. 92. & in singularib. 326. & 481 Petrus Peckius de R. J. reg. 65. n. 2. Schneid. p. 5. n. 38. Schoner, libr. 1. Disp. feudal. 5. th. 179. tùm quia in pari*

caussa

causs a potior habetur possessor l. in pari caussa 126. ff. de R. I. l. fin. C. de R. V. §. commodum. l. de Interdict. c. ex literis. extr. de probation. tum quia etiam vitiosa possessio contra extraneos prodest l. ult. ff. de acquir. possess. tum quia in dubio pro possessore praesumitur gl in c. nulli dubium. 12. q. 5. Menoch. Consil. 90. n. 59. f) Alvarott. d. c. un. n. 14. quo temp mil investit peter. debeat. Schneid. d. n. 38. Zas. p. 7. n. 7. ibi de facto hunc casum ait se habuisse, cùm inter Caesaream Majestatem & Ducem Bavariae super territoriis contenderetur; & constat arg. l. fin ff. de petit. hered. l ordinata. ff. de liberal. caussa l. Praetor ait. in pr. ff. de damn. infect.

ut itaq; praedicta regula generalis hactenus per suas ampliationes dilatatur, ita etiam deinceps per suas exceptiones limitatur, de quibus inferius membro nono harum disquisitionum nostrarum agemus.

MEMBRUM QUARTUM.

CONTRA QUAS VIDELICET DOMINORUM PERSONAS JURAMENTUM FIDELITATIS CLIENTELARIS PRAESTANDUM.

XVII.

De personis contra quas juramentum fidelitatis clientelaris praestandum, haec tenenda est regula generalis: Quod vasallus domino suo fidelitatē jurato promittere aut fidelis esse debeat contra omnem omninò hominem. a)

a) *c. un in pr. ibi. ero fidelis tibi Cajo domino meo contra omnem hominem. de nov. form fidelit. c. un. in fin hic fin. lex adeo enim domino vasallus obligatus est.*

XVIII.

Primum itaq; ex hac generali per ampliationem consectarium est: quod vasallus domino suo proximo & immediato etiam contra dominum majorem & mediatum a quo dominus proximus feudum recognoscit, fidelitatem jurare aut fidelis esse debeat. a)

a) *c. un. § insuper. vers illud quoque. de prohib. feud. alien. per Frider. & antea in membro praecedente tertio sub th. 4. & 5. hoc fusius diductum.*

XIX.

Secundum ex jam dict. regula generali per ampliationem consectarium est: quòd vasallus domino suo proximo & immediato fidelitatem juret aut fidelis sit multò magis contra dominum à

quo ipse vasallus jam tum quidem feudum non possidet; sed tamen aliquando acquisiturus est propterea, quòd ab eo feudum teneat, frater vel alius agnatus vasalli, cui defuncto ipse aliquando successurus est. *a*)

a) *Alvarott. præposit. Matthæ. de Afflict. in c. un. §. satis bene. de probib. feud. alienat. per Lothar. Schrad. p. 6. c. 5. n. 4. Et probatur.* I. *quia fidelitas nequaquam laxatur propter hanc spem vel successionis, vel quacunq; alia ratione acquirendi; sed potius vasallus si contra facere velit, dominũ suum à quo jam feudum habet, relinquere debet; Schrad. p. 6. c. 5. n. 4.* II. *Probatur hoc ex c. un. §. insuper 2. vers. illud quoq;. de prohibit. feud. alienat. per Frid. ubi vasallus domino suo & sic immediato etiã contra dominum domini sui eundemq; dominũ suum mediatum, atq; ideo jam tum respectu tamen sub alterno dominũ suũ, fidelitatem præstans, feudo non privatur. Ergo multò minus privabitur feudo cujus acquirendi saltem spem habes, si contra hujusmodi dominum futurum domino suo præsenti succurrat.* III. *quia in concursu dominorum antiquior dominus debet præferri posteriori. c. un. §. fin. hic fin. lex. c. un. §. satis. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. Atqui in proposito dominus immediatus utiq; est antiquior; dominus a. hujusmodi futurus est posterior; ille igitur huic omnino præferendus est.* IV. *Facit pro hoc ratio ex jure simultaneæ manus Saxonico: Si namq; eo jure dominus verus domino futuro simultaneæ manus est præferendus, quando cum eo concurrat, aut inter se bella moveant, utiq; & hoc eodem casu dominus verus & immediatus domino futuro, & qui tantùm speratur, jure feudario communi, præferendus est. Atqui verum primum; maximè si verus dominus sit antiquior domino futuro sive eo, à quo tantùm per simultaneam manum vasallus feudum, casu successionis obtingente, sperat.* E. *& secundum. Nam jure feudario Saxonico & nulla successio est inter fratres, multò minus inter agnatos, nisi vigore simultaneæ manus. Schurff. Consil. 16. cent. 1. & propterea amplius simultaneè investiti etiamsi non possideant feudum, nihilominus tamen omnes juramentum fidelitatis præstare coguntur, ut superius probatum; & proinde de jure Saxonico vasallus Domino futuro fortius obligatus est, videlicet ob juramentum, quam jure civili, quo vasallus domino futuro juramentum nondum præstitit; & tamen illo jure verus dominus jam dictum in modum futuro est præferendus; adeoq; quoad hunc per vasallum rumpitur quodammodo, sed ex necessitate vinculum juramenti fidelitatis; Ergo verus dominus immediatus multò magis domino futuro & adhuc mediato, casu ita uti dictum obtingente, jure feudario communi præferendus est.*

XX. Tertium

XX.

Tertium ex prædicta regula per ampliationem consectarium est: quod vasallus domino suo fidelitatem juret,& fidelis esse debeat, etiam contra fratrem & multò magis contra alios remotiores agnatos aut sanguine junctos.

per expr.textum in c.un.§.contra omnes fin. hic fin. lex.

XXI.

Quartum consectariũ est: quod vasallus pater fidelitatẽ præstare debeat domino suo etiã cõtra filium suũ si hic dominũ offenderit.a)

a) *Id quod probatur, I. per expr. textũ c.un.in fin.hic fin.lex. II, quamvis summa Parentum erga liberos sit affectio, ea tamen tantam reverentiam à Parentibus erga liberos non requirit, ut violent juramenta, quibus ut vasalli dominũ suis obstringuntur arg. l. veluti. 2. ff. de justit.& jur. III. quia major est obligatio vasalli erga dominum suum, maximè si juramento confirmata sit, quàm Parentum erga liberos. Ideoq; si filius dominum patris sui offenderit, pater vasallus filium illum ad dominum deducere, ut ei satisfaciat, aut à se dimittere tenetur prout domino cujus in hac re est electio placuerit Rosenth.cap.10. Concl.2. n.1. alioquin & nisi hoc faciat, feudo privetur per tex expr in c.un. §.insuper.2. in pr.de prohibit. feud. alienat. c.un.§ quæsitum de Capitan. qui curiam vendidit.4.c.un.in fin. hic fin. lex & cons. reg. incipiunt.*

XXII.

Quintum est ampliativè consectarium: vasallus filius debet domino suo fidelitatẽ jurare contra propriũ Parentem suum, nõ tamen ut Parentẽ; sed ut adversarium injustum vel hostem, utpote si venerit ad patriam delendam, vel ad religionem oppugnandam, vel si contra Imp. vel Regem arma sumserit, vel si dominum filii injustè offenderit, ut infrà membro nono de hoc plenius trademus.

XXIII.

Sextum ex prædicta regula per ampliationem consectarium est: quod vasallus domino suo fidelitatem juret, quantum ad jus, etiam contra Papam, quatenus ille vicarius Christi Dei nostri circumfertur. a)

a) *Ille enim sacra peragat & sinat Reges gentium dominare. Ian.ab Arce dura cap. 3. Conclus. 6.n. 10. in fin post Vultei.cap.7.n.22.in fin.*

Atq; ut hæc ipsa regula per suas ampliationes dilatatur, ita quoq; per exceptiones suas limitatur de quib. j. membro nono.

Corolla-

Corollaria.

I. *Petitorium & possessorium respective in eodem libello possunt cumulari.*

II. *Cùm ex maleficiis, quorum causâ pecuniariter tantùm agitur, compensatio, jure permissa, cur non etiam injurias verbales, defensionis suæ causa rectè dicamus compensari?*

III. *Retorsio igitur in terminis suæ defensionis est modus tollendarum injuriarum.*

IV. *Annè ergo æquè ut moderamen inculpatæ tutelæ, etiam retorsio injuriarum defensiva debet fieri in continenti? dubitamus, & propterea ad negativam sumus proclives.*

V. *Rectè Alexander Pontifex in c. etsi. 4. §. de adulteriis, extr. de Judic. adulterium refert inter peccata minora.* sc. ex abundantia cordis sui. *Itaq; Panormitan. ibidem notat, hoc speciale esse de jure Canonico, quòd Episcopus dispensat super adulterio, nec degradatur ideo delinquens. Cui Abbatis solutioni cum Dn.* COLERO *ibidem & nos subscribimus statuentes, quòd circa impositionem pœnarum super fornicatione & adulterio adversus Clericos tantò fuerint Canones mitiores, quantò norunt istud crimen à Canonicis tanquam otiosis & validis mendicantibus crebrius frequentari.* Nobis enim & nostris facilius ignoscimus quà aliis.

❧ (?) ❧

DISPUTATIO III.

De

ORDINE, TEMPORE ET LOCO, QVIBUS JURAMENTUM FIDELITATIS CLIENTELARIS Domino suo Vasallus præstare teneatur.


RESPONDENTE

JONA von der Hoya / Mindano Westphalo.

MEMBRUM QVINTUM.

QVO ORDINE JURAMENTUM FIDELITATIS CLIENTELARIS DOMINO SUO VASALLUS promittere teneatur.

THESIS PRIMA.



HOc in negotio ut ordine plana fiat decisio, prius πολυσημίας vocabuli investituræ investiganda est. Investitura autem in doctrina feudorum specialiter tria significat: Primò ipsum investiendi actum. *a)* Germanis die Belehnunge. *b)* Hæc investitura nihil aliud est, quàm solennis feudi cessio, quâ dominus dato aliquo symbolo corporeo, pro diversitate locorum & curiarum, utpote in Ecclesiasticis plerumq; baculo, in feudis regalibus sceptro, vexillo, ense, hasta aut quâ simili: in non regalibus, annulo, Chirotheca &c. Vasallo feudum cedit. Secundò significat possessionem seu rei feudariæ traditionem. *c)*. Tertiò significat

 instru-

instrumentum super illo actu confectum seu breve testatum. den Lehenbrieff. *d)*

a) *c. un. in pr. quib. mod. feud. constit. poss. c. un. §. fin. in fin. de feud. cognition. Jason. in prælud feudor. n. 24. Matth. de Afflict. decision. Neapolitan. 265. n. 102. & decision. 293. n. 3. Albert. Brun. Consil. 114. n. 202. Tiber. Decian. consil. 24. n. 106. vol: 1. & Consil. 58. n. 24. vol 2.* b) *Schneid. p. 4. feud. n. 2.* c) *c. un. in pr. quid sit inrestitur.* d) *c. un. de investitur. de re alien. fact. c. un §. iccirco. de notis feudor. Mozz. de substantial. feud. n. 33. Intrigriol. q. 55. n. 73.*

II.

Jam si quæratur quid præcedere debeat investitura vel fidelitas? dicimus quòd investitura in prima significatione præcedat; illa verò quæ est in secunda significatione, sequatur, & in medium earum interveniat promissio fidelitatis, adeoque ordo totius feudi concessionis ita procedat: Primùm fit alicui promissio feudi dandi, wenn einem ein Lehngut verheissen oder verschrieben wird. Secundò jam feudo aperto sequitur investitura, qua dominus vasallum de feudo sibi aperto investit, id est, promissionem ei factam confirmat, eique feudum jam revera constituit; sed nondum traditione facta reali. Tertiò accedit fidelitatis promissio vasalli, qui dum feudum accepit, fidelitatem propterea domino feudi cogitur præstare. Quartò subsequitur investitura, quæ est possessio seu rei feudariæ traditio. Et fieri potest ut ea in continenti fiat, sive per intervallum sequatur. *a)* Quòd si in possessionem non continuò vasallus introducatur; sed tantùm investiatur per solennia signa & symbola, eam Interpretes verbalem vel etiam abusivâ investituram; si verò hanc continuò comitetur possessio, realem & propriam vocant. *b)* Ad illam tamen factam nihilominus necessaria est promissio fidelitatis vasalli, uti jam assertum. Quintò tanten adhibetur investitura, quæ dicitur breve testatum, quo omnia, quæ in toto hoc actu facta sunt, in evidentiorem feudi constituti probationem consignantur.

a) *c. un. §. fin. de form. fidelitat. c. un §. si facta Si de feud. defunct. content. sit inter domin. & agnat. vasalli c. un qui successores feud. dat, teneant.* b) *Intrigriol. q. 55. n. 3 & seq. uti hac suo loco de investituræ divisione plenè traduntur,*

III. Hinc

III.

Hinc itaq; hujus quæstionis quid præcedere debeat, an investitura vel fidelitas? hæc rotunda perstat decisio: quod investitura solennis verbalis illa & abusiva ipsam fidelitatis promissionem & jusjurandum præcedere & hoc eam subsequi debeat. *a*) Ergo quando Feudista in c. un. §. fin. per quos fiat investitura, dicit: nullam debere investituram fieri ei, qui fidelitatem facere recusat; adeoq; investituram pręcedere fidelitatem, ut quia hæc ei fiat & accedat; hoc non intelligendum est de investitura propria, reali, quæ verbalis illius consummatio Interpretib. dicitur; sed de illa verbali, solenni, abusiva, impropria, de qua hic agimus; si namque post hanc verbalem feudi cessionem vasallus fidelitatem promittere & jurare recuset, tunc demum dominus investituram realem facere, i. e. in rei feudarię possessionem mittere non cogi, eamq; tandiu denegare posse, inibi deciditur; realis verò feudi traditio fidelitatis promissionni demum subsequitur *b*)

a) *& fundatur in c un. quid præcedere deb. an invest. vel fidelit. c. un. §. fin. ibi. investitura v facta & fidelitate subsecuta de nova forma fidelit. c. un §. sed laudatum scio ibi fidelitatis juramentum differatur. de controvers. inter Episcop. & vasal. Anton. Contius de feud. capit quibus modis feudum constituatur. vers post investituram sequitur juramentum fidelitatis in continenti, priusquam ad actum extremum accedatur. Intrigriol. q. 56. n 38. & seqq.* b) *at est textus in C. un §. fin. de nova form. fidelit. & ait Intrigriol d. q. 55 n. 3. Hujus decisionis ita fundatæ rationem triplicē dat Baldus in d c. un. quid præced. deb. an investit. vel fidelit. Primā sc. ut dominus est caput feudi & ideo debet incipere à c. l at qui natura §. Scævola ff. de N. G l. argentarius. §. ei. ff de edend. Et quod præcedit in essentia id debet præcedere in facto; at quando caussæ sunt convertibiles nulla præcedit alterā in essentiā l. heredem. 14 ff mandat. secus si una est sub alia; vel si una est activa, alia passiva, tunc activa semper præcedit in judiciis per rationē naturalē l. ex placito. C. de rer. permutat. At in negotio feudario dominus est caput, est in essentia prior, est persona activa; vasallus a. est sub domino, est persona secundaria & passiva. E. Secundā: quia sicut dominus primo nominatur in cōtractu, ita debet præcedere quoad actū verbi vel investituræ abusivæ; Attamen sicut ille qui vedit, non tenetur trans-*

 ferre

ferre dominium nisi pretio soluto; nec tenetur habere fidem de pretio si non vult l. si soluturus. ff. de solution. Ita cum fidelitas sit loco cujusdam pretii non tenetur dominus habere fidem de eo; si tamen haberet & traderet, transferret utile dominium §. venditæ, I. de R. D. Tertiam quia quoties nomen à nomine descendit, ille qui est principalis in contrahendo debet ea, quæ sunt obligata, primò implere ex parte sua ponendo ea in substantia obligationis, ut patet in contractibus innominatis: quia ibi nomen à nomine descendit propter dictionem, ut quæ significat quendam ordinem contractus à quo ordine denominatur l. naturalis. 5. §. quòd si faciam. ff de præscript. verb. At in negotio feudario nomen à nomine descendit, & dominus est in eo principalis. E. Et Bl. sequitur Alvarott. in d. c. un. vers. quæ autem fuerit ratio. Intrigriol. q 56. n. 152. Vigel in method. feudal. cap. 4. q. 1. causs. 3. except. 5. in pr Nos adjicimus rationem quartam ut planiorem & forsan etiam solidiorem, quam suppeditat ipse ordo naturæ: Nam ut natura fidelitas non debetur nisi ex feudo & propter feudum id quod in beneficium à domino vasallus habet c. un. §. fin. per quos fiat investit. Ita etiam vasallus non nisi sibi feudum ritè & rectè constitutum habeat, ad fidelitatem promittendam & jurandam cogi potest; at verò feudum tantùm per investituram constituitur c. un. in pr. quib. mod. feud. constit. possit. E. etiam naturâ investitura præcedit & eam sequitur fidelitas, ejusq; promissio & jusjurandum ut investituræ consectarium. Et sic quia fidei promissio fit propter investituram, & hæc illius causa est, unde meritò tanquam caussa impulsiva effectum præcedat Janus ab Arce Dura cap. 3. concl. 6. n 2

IV.

Exceptio tamen hujus decisionis est, scilicet si quis ordinem hunc interverterit ita, ut fidelitatem prius sua sponte promiserit, quam investitus fuerit, illa præposteratio ordinis investituram non viciat; sed ea nihilominus suo robore subsistit a)

a) *Bl Alvarott. Præposit. Matth. de Afflict. ad d. c. un. quid. præced. deb. Curt jun, p 2. de feud. Laicor. n. 37. vers. advertendum tamen Zas. p. 6. epitom n. 17. Intrigriol. d. q 56. n. 153. Schrad p. 5 cap. 3. n. 5. in fin. Vigel de except. 5. Nam I Ordo in jure feudario præscriptus, inter controvertentes & invitos, non verò etiam inter consentientes & sibi invicem cedentes dominos & vasallos ita secundum naturam rei ordinatum est arg. d. c. un quid præced. deb. investit. vel fidelit. ubi verbum debere*

deberi necessitate est controvertentium ; & verba : quæsitum scio, controversiam & consultationem deliberandi & sibi non cedentium innuunt. II. *Itemq; commutatio istius ordinis investituram non vitiat, quia satis est quòd foret servata forma intellectualis ut ait Bl. in d. c. un. quid præced deb. juxta regulam: quòd sæpè sufficiat ordinem intellectus spectari. arg. §. ante heredit. l. de legat. l. talem. 51. in pr. ff. de hered. institut. Curt. d. n. 37. vers. advertendum.* III. *Ut per paria procedamus, exemplum hujus est in c. un. de controvers. inter Episcop. & vasall. ibi ut illum prius de suo recto feudo investiri faciat (ubi nota investituram propriam & realem seu in ipsam possessionem introductionem) sed fidelitatis jusjurandum differatur, donec de principali caussa cognoscatur.* IV. *Quod aliàs dicitur ordo esse figura substantiæ cujuscunq; rei, & quod nihil constet sine ordinis compositione Brunor. à Sole & Schultes in loc. ordo. n. 2 Item quod ordinis perversio sive omissio quemlibet actum judiciarium vitiet, & ipso jure nullum reddat l. prolatam. 4. ubi Dd. C. de sent. & interlocut. omn. judic. c. exhibita, ubi CC X. de judic. hoc intelligendum est de iis casibus, in quibus forma ordinis est de substantia actuum. Curt jun d. n. 37 post Alvarott. & Bl. in l. 1, C. de oper. libertor. Ergo dum in proposito est actus agentium spontaneus, adeoq; per se variabilis, ordinis inversio eum non vitiat.*

V.

Et hæc de hoc ordine jam dicta omnia vera tantùm sunt de novi feudi constitutione, non verò de feudi antiqui renovatione ; quia in feudo novo tantùm consideratur investitura, ut qua constituatur : in feudo verò antiquo tantùm renovatio & confirmatio. a)

a) *Schenck. ad d. c. un. quid præced. deb. investit. vel fidelit. Vigel. de except, 5. in pr. vers. sed & in recognitione. Intrigliol q. 56. n 156.*

VI.

Itaque in feudo novo tantùm hic ordo servatur, ut dominus ante omnia & in primis vasallum de feudo solenniter investiat, sive verbaliter & per signa tantùm sine possessionis traditione ; & mox vasallus promittat & juret ei fidelitatem ; ac postea dominus etiam realiter investiat, & in simul in possessionem rei feudariæ vasallum inducat. Quòd si dominus in-

vestituram abusivam sive verbalem tantùm fecerit, tum demum post jusjurandum fidelitatis præstitum vasallum in possessionem rei feudariæ vacuam mittere & introducere, &, si differat, omnem ei utilitatem præstare cogitur. *a*)

a) *per text. expr. in c. un. §. fin. de nov. form. fidelitat. & facit tex. in c. un. in pr. si de investit. feud. controv. fuerit & c. un. §. si facta. in pr. si de feud. defunct. content. sit. Schenck. in d. c. un. quid præced. deb.*

VII.

Contra verò in petenda renovatione investituræ antiquæ, seu in instrumento renovationis feudi antiqui impetrandæ, **des newen Lehnbrieffes auff beschehene Lehenmutunge** / nihil amplius requiritur, quàm ut vasallus petat investituram antiquam renovari, **die Lehen hinwiederumb suchen vnd muhten** / & breve testatũ seu instrumentũ ejus confici, ac postmodum juramentũ fidelitatis vel in cõtinenti præstet; tunc hęc notantur ad acta publica **in die Lehnsregistratur / daß die Lehen durch diesen Lehenmann oder seinen Anwalt diesen Tag gesucht vnd gemuhret / auch die Lehnspflicht gebührlichen geleistet vnd abgeleget / vnnd wird jhm darauff folgends der Lehnbrieff verfertiget vnnd heraus gegeben.** Nec ulla hic interveniunt signa, notæ aut symbola solennia, ut in investitura novi feudi jam constituendi; quia hoc antiquum jam ante constitutum est, nec amplius constitui; sed tantùm in personis successorum renovari & confirmari necesse est.

MEMBRUM SEXTUM.

QVANDO ET QVO TEMPORE VASALLUS INVESTITURAM PETENDO ET REPETENDO JURAMENTUM FIDELITATIS CLIENtelaris pręstare teneatur.

VIII.

Circa tempus intra vel post quod vasallus investituram petere & fidelitatem promittere ac jurare debeat, iterum distinguendum inter investituram & fidelitatem feudi novi petendam & jurandam, & inter feudi antiqui seu paterni nobis delati renovandam & repetandam.

De

De Feudo novo.

IX.

Quod in Feudo novo nullum tempus investituræ petendæ & inde consequenter fidelitatis promittendæ ac jurandæ jure feudario definitum sit, constans est Feudistarum sententia. a) Itaque in arbitrio domini feudum constitutum est, ut quando ipsi commodum visum est, diem quidem vasallo constituere, ad quem veniat desideratum feudi investituram; sed & iterum vasallo liberum est venire acceptum à domino beneficium, proinde vasallus nequaquam ad investituram feudi novi solennem, abusivam seu verbalem recipiendam cogi, & consequenter nec citari, adeoq; nec certum tempus ipsi præstitui potest. b)

a) *Laur. Sylvan. de feud. recognit. q. 6. Borcb. c. 7. p. 1. n. 29 Wes. c. 8 n. 2. Bocer. tr. de Investit. c. fin. in fin.* b) *Hoc probatur. I. quia beneficium non confertur in invitum l. invito 69 ff de r j. hoc jure 19. §. 2 ff de donat, l 5. ff. de adopt. l. ult. in fin ff. de usu & habitat. Atqui feudum est beneficium. c. un in fin. In quib. cauß feud. amitt. E. vasallo invito non datur. Ergo ad investituram novam solennem recipiendam vasallus cogi vel citari non potest; E nulla necessitas fuit, cur feudorum Auctores certū tempus petendæ novi promissi feudi investituræ præfinirent & constituerent. II. quia etiam iuris civilis regula est: quod nemo invitus agere cogatur l. un. C ut nemo invit. ager. cogat. E. in arbitrio vasalli est, utrum investituram petere & actionem instituere velit, licet dominus ex sua promissione ad feudum investiturâ constituendum obligetur, in eamq; rem vasallo actio competat ex negotio, quo feudum promissum est Wesenb cap. 17. n. 18. Vultej libr. 2. c. 1 n. 11. Rosenth. cap. 12 Concl. 1. Bocer. tr. de investit. cap. ult. n. 3. & c 2 n. 17 & 19. III. quia creditor ad petitionem debiti urgeri nequit l. creditor. 20. C. de primorib. Atqui vasallus ante investituram, eoq; feudi constitutionem; quæ solà investiturâ fit C un in pr. quib. mod. feud constit. domini creditor tantum est, ut cui promissio facta est. E. vasallus ad envestituram novi feudi solennem nec cogi nec certo tempore citari potest. IV. Quia tritissimum est juris axioma unicuique licere contemnere, quæ pro se introducta sunt l si Judex 41. circa medium. ff. de minor. suiq; juris persecutionem deteriorem constituere,*

l. pactum.

l. pactum. 46. in fin. ff. de pact. l. si quis in conscribendo. 29. circa medium C. eod. arg l. 7. §. 14. l. 31 & l. 43. ff. eod. l. 4. §. 4. ff. si quis caution. l. 24. §. 8. ff. de damnat. infect. quæ juris civilis axiomata etiam in feudis procedant textibus feudalis juris deficientibus.

Quæ bene notanda contra id, quod vulgo existimatum est scilicet vasallum debere tribus vicibus citari adeoque cogi ad investituram novam novi feudi petendam & accipiendam.

X.

Illud hîc bene observandum, quòd tempus illud, quo vasallus feudi novi investituram petere vult, perinde ut illud quo feudum antiquum, ut mox dicetur, recognoscere debet, sit omninò congruum, ne tempore noctis, neq; prandii neq; cœnæ neq; balnei dominū vasallus adeat, investiturā novi sibi promissi feudi petiturus a) Nisi vel necessitas inopinata vel non affectata nec procurata aliud suadeat, ut mox de renovativa etiam investitura subjiciemus. b)

a) *arg. l. si soluturus. 39. ibi si inopportuno tempore. ff de solution.* b) *Post Br. in l. more. 8. n. 1. & 2. ff. de feriis. Martin. Laudens. ad c. un. quo tempor. miles investit peter. deb n. 25. Zas p. 7. n. 5. Sibard. p. 6. cap. 3 n. 10.*

XI.

Quod si dominus feudū novū constituerit & vasallum solenniter vel verbaliter tantùm investierit, quoad vasalli fidelitatem aliud diversum jus est. Primùm namque hoc casu si dominus novum feudum pro vasallo constituerit & vasallus vel in continenti vel ex intervallo investituram ejus peterit atque ad petitionem ejus dominus ipsum solenniter saltem vel verbaliter investierit, utique vasallus ad fidelitatem faciendam domino suo obligatus est; sed si vasallus in continenti fidelitatem quoque domino non faciat vel polliceatur, feudo tamen non statim adeò strictè privari debet; siquidem vasallus investituram ita petendo, eamque isto modo recipiendo tacitè se ad fidelitatem commodè faciendam obtulisse, minimè eam recusasse intelligitur. a)

a) *Bocer.*

a) *Boter. de investit. cap. ult. num. ult. Ad hujus probationem facit cap. un. in pr. quo temp. mil. investit. peter. deb. c. un. in fin. de prohibit. feud alienat. per Lothar. cap. un. §. præterea. si quis in feudatus. de prohibit. feud. alien. per Frideric. ex quibus textibus omnibus patet, quod dicatur de investitura per vasallum petenda; at verò de fidelitate insimul necessariò juranda nulla litera est apposita; Immò d. cap. un. in fin de prohibit. feudal. alien. per Lothar. dilationem aliquam juramenti post petitam investituram præstandi comprobat, modò sit commoda & sine fraude vel dolo. Faciunt huc ea, quæ de antiqui feudi renovationis tempore tradunt Curt. jun. pag. 4. num. 47. Zas. pag. 7. num. 3 Borch. cap. 8. n. 7. & 23. Schrad. pag. 6. cap. 2. n. 56. & seqq. & postea etiam de feudi antiqui renovationis tempore trademus. Satius tamen est & magis consultum vasallo ut quamprimum investituram petierit, in continenti se offerat domino etiam ad fidelitatem ei jurandam & præstandam; Sic namque magis in tuto erit, cùm investituram regulariter comitetur fidelitas, & utraque ferè paribus passibus ambulet, ut postea hoc de antiqui feudi renovatione & ejus nomine fidelitate juranda tractaturi evincemus.*

XII.

Deinde hoc eodem casu quia vasallus rursus domino ad fidelitatem jurandam obligatur, dominus eum se non offerentem vocare & cunctantem citare potest. *a)* Sed & nec tunc quidem certum tempus quoad novum feudum jure præfinitum est vasallo, quo fidelitatem faciat; verùm arbitrio domini permittitur, prius vasallum monere, & si monitis non pareat, eundem tribus vicibus citare & super hoc ad curiam reclamare, competenti tamen tempore singulis vicibus interposito, id est, non minus septem vel decem dierum spatio, arbitrio curiæ terminando. *b)* Ille enim ordo ad vasalli detrectantis, & recusantis fidelitatis juramentum, fugientis, latitantis aut non comparentis contumaciam manifestandam expresso jure præscribitur. *c)* Et ejusmodi tribus vicibus vasallum esse admonitum sufficit, ac propterea si ad tertiam vocationem non venerit, feudum amittit. *d)* Dummodò dominus singulis vicibus vasalli contumaciam accusaverit. *e)*

 a) c. un.

a) *c. un. §. est & alia. quae fuit prim. caus. benefic. amitt.* b) *c. un. de vasal. milit. qui contumax est. d. cap un §. est & alia. quae fuit prim. caus. benefic. amitt. Laur. Sylvan. de feud. recognit q. 6. n. 4.* c) *d. c. un. de milit. qui cont. & d. c. un. §. est & alia. & corroboratur auctoritate tum juris Canon. in c. praesenti. 2. c. 5. q 2. tum juris civilis in l. ad peremtorium. 68. l. 69. l. 70. ff. & l. properandum. 13. §. siquidem 2. vers. etsi per tres vices. ibi. Gothofr. in not. lit M. C. de judic.* d) *per tex. expr. in d. c. un. de milit. vasall. qui cont. est. Wes. cap. 8. de feud. n. 2. in fin.* e) *Schrad. pag. 9. cap. 7. n. 57. quod nostri Practici dicunt:* des Beklagten Ungehorsam beschüldigen.

XIII.

Hoc tamen ut magis declaretur quartum peremtorium edictum & monitorium impetrari, *a*) & dominus super hoc ad curiam reclamare, id est, vasalli contumaciam jam tribus vicibus satis manifestatam accusare, eumque ob eam beneficio & feudo indignum declarari petere debet. Quo facto & vasallo contumace declarato, dominus rem feudariam tradere aut vasallum in possessionem mittere ulterius non tenetur, aut etiam à vasallo ad ejus traditionem conventus eum exceptione rei judicatae & contumaciae commissae atque ob eam feudi amissi, repellere potest. Et amplius quidem etiamsi vasallus non tantùm verbaliter & abusivè sed & verè & realiter investitus, & à domino in possessionem ritè missus fuerit, nihilominus tamen dominus, si fidelitatis promissionem differat vasallus & cunctetur, eodem modo ad ejus privationem agere potest. *b*)

a) *l. & tertium. 70. ff. de Judic.* b) *Laur. Sylvan. de feud. recognition. q. 6. n. 5.*

XIV.

Hoc tamen eousque limitatur, ut si vasallus adhuc intra annum venerit & fidelitatem promittendo & jurando moram purgaverit, restituatur ei possessio. *a*)

a) *c. un. §. sed si intra annum. de milit. vasallo qui contumax est.*

XV.

Quamvis autem jure civili una citatio peremtoria sufficiat pro trinis, ut non comparens contumax condemnetur. *a*) Hoc tamen in causis feudalibus & in hoc negotio fidelitatis à vasallo promittendæ & jurandæ non procedit; sed requiritur ut vasallus tribus vicibus citetur, nec sufficit una peremtoria citatio. *b*)

a) *l. contumacia. 53. l. nonnunquam. 72. ff. de judic. l. tres denunciationes. 9. C. quomod. & quando judex.* b) *Nam I. In quibus causis trina citatio requiritur pro forma, ibi una peremtoria non sufficit Bl. in l. cessante. 2. C. quomod. & quando judex. Atqui in hoc casu fidelitatis jurandæ trina citatio ex dispositione consuetudinum feudalium requiritur pro forma, d. cap. un. de milit. vasall. qui contumax est. d. c. un. §. est alia. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. Ergo una peremtoria hic non sufficit. II. In quibus causis ex legis & consuetudinis dispositione contumacia pœna gravi punitur, in iis ad irrogandam pœnam non una peremtoria citatio sufficit; sed trina requiritur citatio præcisè. Atqui in proposito vasallo non comparens ob contumaciam pœna gravissima afficitur. Ergo trina citatio requiritur, nec pro tribus una peremtoria sufficit,* etiam si tantùm temporis spacium indulgeret, quo aliàs tres finirentur, *Sibrad. p. 9 c. 7. n. 44. & seqq. cum allegatis ibidem quamplurimis.*

De Feudo Antiquo.

XVI.

Feudi veteris, antiqui, seu aviti seu paterni investitura in prima acquirentis persona constituti omninò renovanda & fidelitas repetenda est, si quando in persona domini vel vasalli mutatio per mortem contigerit; scilicet mortuo domino vasallus ab ejus successore; vel vasallo mortuo, superstite adhuc domino, heredes vasalli ab eodem domino ad obtinendum & conservandum feudum antiquum seu avitum investituræ illius veteris jam olim factæ renovationem petere & fidelitatem repetere; & denuo domini successori vasallus, vel etiam vasalli heredes eidem domino fidelitatem promittere ac jurare tenentur. *a*)

a) *cpa. un. in pr. quæ fuit prim. cauſ benefic. amitt. c. un. §. de veteri autem beneficio. ibi. quæ fit à domini ſucceſſore vel vaſalli ſucceſſori. t. qui teſt. ſunt neceſſar. cap un. in pr. ibi. vel poſt mortem domini ſui vel patris ſui, quo temp. milit. inveſtit. peter. deb. Curt. jun. pag. 4. n.45. Laur Sylvan. de feud. recognition. q. 12. Jul. Clar.in §. feudum. q. 49. Borch. de feud. cap.7. n. 30. Rittershuſ. p. 1. cap. 9. q. 11. Rationes quare feudi antiqui recognitio neceſſariò fieri debeat poſt Dd. haſce ponimus præcipuas. I. quia renovatio veteris inveſtituræ jam olim factæ quaſi nova quædam confirmatio eſt Hart.Hart.t.de feud.54.obſ.9. II.ut hinc vaſallus intelligat ſe feudum obtinere beneficio domini potius & primi acquirentis, quàm ſucceſſione. Jaſon. & Dd. in l Gallus. §. quidam ff. de liber. & poſthum. Hottoman. conſil. 32. num. 2. Roſenth cap. 6. concl. 47. III Quia vaſallus domino ſive ſeniori debet reverentiam per cap. un. de form. fidelit. & cap. un. in fin. de milit. vaſall. qui contum. eſt. Ideoque in ſignum devotionis & ſubjectionis clientelaris & reverentiæ erga dominum, ut agnoſcat ſe ab eodem beneficium obtinere, feudum à domino recognoſcere debet. IV. Ne longinquitate temporis obſcuretur & dubium reddatur jus domini, uti colligitur per t. longinquitate & ſeq. & c. ſæpe. c. 12. q. 2. l. plures apochis in pr. C. de fid inſtrument. V. Ne vaſallus feudum forſan negando libertatem rei feudariæ præſcribere poſſit, ſiquidem contingere poteſt ut longiſſimo tempore vaſallus ſervitutem non præſtet, vel quia fortè non requiſitus eſt, vel quia non adfuit caſus domino in quo ei ſervitius præſtari deberet, imò dato quod vaſallus ſtaret mille annis, non exhibendo aliquod ſervitiū vel obſequium domino ut ait Laur Sylvan d q 12 n.13. Itaq; ſi vaſallus in modum prædictum fecerit recognitionem, in libertatem provocare non poteſt. VI. Ne heres vaſalli alteri ſuccedens poſſit allegare ignorantiam ſc. ſe neſciviſſe rem eſſe feudalem, & conſequenter ne inde eam contra dominum præſcribere poſſit. E. hinc recognitio feudi dicitur concernere bonum publicū arg. c.un in pr. de prohib. feud. alien per Frideric. Sylvan d q. 12. n 2. VII. Rectè igitur Bl in c.un.in in pr. de conſuetud feud rectè quod cognitio eſt quidam ordo, qui debet obſervari pro conſervatione juris quæſiti: cum n hæ recognitiones fiunt, fortius magisq; obviatur dubiis, quæ oriri poſſent aut vetuſtate aut mutatione ſucceſſorū facit l. male agitur. C. de præſcript. 30. vel 40 annor l ſi quis conjunctionū. C. locati. VIII. Quia juramentum eſt tantùm perſonale, & perſonam animamq; jurantis non egreditur, nec obli-*

gat successor. c. veritatis X. de jurejur. Guid. Pap. decis. 414 n. 1. Cacheran. decision. 42 n. 7 Geil lib. 1. observ. 27. n. 1. & 3. Sebastian. Medic. tr. mors omnia solvit p. 2. concl. 58. Ergo etiam successor vasalli seipsum proprio jurejurando domino suo obligare tenetur; id quod facit, cum se à domino de feudo defuncti Parentis investiri petit; alioquin nullum esset vinculum, quo vasallus seniori obstringeretur. Rittershus. post Borch. d. locis. IX. *Hinc Bl. dicit in l. pen. in fin. C. ut in possess. legator. quod ideo jurat heres, quia novus heres est, novi mores & nova anima Sylvan. d. q. 12. n. 1. Et hu suo loco cùm de feudi recognitione agimus, sumus copiosiores.*

XVII.

Tempus autem illud, quo investitura vetus repetatur & fidelitas præstetur, debet esse vel commodum vel certum vel determinatum. Commodum & congruum debet ita esse, ut nè tempore noctis neq; prandii neq; cœnæ neq; balnei dominum adeat vasallus & ab eo investituram petat. *a)* Nisi vel necessitas non procurata. *b)* & culpa non accersita puta, dum vasallus dominum quæsivit & non potuit invenire, aliud suadeat. *c)*

a) *arg. l. si solutururus. 39. ibi si in opportuno tempore. ff de solution. Br. in l. more 8. n. 1. 2. ff. de feriis. Laudensis ad cap. un. n. 25. quo temp. inul. investit. peter. deb. Zas. p. 7. n. 5. Schrad p. 6 cap. 3. n. 10. & plures ab eo allegati.* b) *arg. l. 2. §. fin. & ibi. Jason. ff. si quis caution.* c) *arg. l. 1. in pr. & ibi Iason. Alex. Dec ff. de offic. ejus cui mandat. est jurisdict. Schrad. d. n. 10.*

XVIII.

Certum ita debet esse tempus, quo investituræ feudi antiqui renovationem vasallus vel successor ejus à domino vel successore ejus petat, ut attendatur vel quatenus est paganus vel quatenus est miles vasallus. Si vasallus vel successor ejus est paganus, regula est: ut renovationem investituræ petat intra annum & diem, aut, si secus, feudo privetur. *a)* Si vasallus vel successor ejus est miles, exceptio est, scilicet ut ille renovandam investituram petat intra annum & mensem, aut secus, feudo privetur. *b)*

a) *ut patet per tex. expressum c. un. in pr. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. c. un in pr. de capitul. Corrad c. un. §. quoniam. de prohibit.*

hibit. feud. alien. per Lothar. c. un. §. praeterea. si quis infeudatus de prohibit. feud. alenat. per Frider. Et licet hoc olim in plerisq; curiis receptum fuerit, non autem in Curia Mediolanensi, ut testatur Obertus de Orto in d. c. un. in pr. quae fuit prim. caussa benefi. amitt. & c. un. in pr. d. capitul. Corrad. Hodiè tamen post constitutiones Impp. Lotharii in d. §. quoniam. & Friderici in d. §. praeterea si quis infeudatus. & §. fin. quae ut generaliter loquuntur, ita & generaliter in omnibus Curiis hoc observandum est. b) *Per tex. expr. in c. un. quo temp. mil. investit. peter. deb. Regula itaque est quod vasallus quicunque renovativam investituram petere debeat intra annum & diem; Exceptio est quoad vasallum nevera militem, qui feudum antiquum recognoscat intra annum & mensem.* Rationes, quòd & quare ita diversum jus sit constitutum, *adeoq; haec exceptio detur post fidelitatem renovativae investiturae cognitam mox subjiciemus.*

XIX.

Determinatum illud tempus debet esse, quia annus ac dies ille, ut & annus & mensis ille determinantur & numerantur à tempore vel mortis domini vel delatae successionis vasalli heredibus in feudum. *a*) Et amplius tempus illud currit vasallo ex eo tempore, quo primùm comperit aut feudum sibi delatum esse, aut domino defuncto alium successisse. *b*) Et adhuc amplius tempus illud currit, vasallo exinde, quo ipse adivit hereditatem vasalli defuncti, à quo hoc feudum ad ipsum devolutum est; sed intellige si feudum illud sit hereditarium. *c*) Quòd si verò feudum est ex pacto & providentia, tempus illud currit ab ipso termino, quo vasallus se pro vasallo istius feudi respectu gesserit. *d*) At verò si vasallus dolosè & malitiosè differat se pro herede vel vasallo gerere, tunc ab ipso tempore quo ita distulit, terminus anni & diei vel anni & mensis vasallo labitur. *e*) Idem est si hereditatem adire malitiosè differet. *f*) Sed hoc ipsum puta, quod vasallus se pro herede vel vasallo gesserit, non praesumitur, nisi dominus feudi hoc probet. Ergo vasallus aut expressè ipso actu se pro herede vel vasallo gerat, nec unquam se talem gessisse praesumatur; aut si praesumatur, fiet hoc domino feudi probante. *g*)

a) Per

a) Per expr. d. c. un. in pr. ibi si vasallus per annum & diem domino suo mortuo steterit &c. quæ fuit prim. causs. benefic. amitt. cap. un. in pr. ibi. ut si post mortem domini vasallus, vel post mortem vasalli heredes ejus per annum & diem steterint. de capitul. Corrad. & facit l. 2. ff. quis ord. in possessionibus servetur. & l. 2. C. qui admitti ad bon. possess. pos. b.) arg. cap. un. §. donare. 1. vers porro. ibi. ex quo sciverit computand. t. qual. olim pot. feud. alienar. arg. d. l. 2. ibi. ex quo eum defunctum scisset C. qui admitt. ad bonor. possess. pos. l. 2. in pr. vers. Cæterum quacunque die nescierit. ff. quis ord. in possess. servet. l. etsi scisses. 8. C. de administrat. tutori Hart Hartman. ab Hörringen practicar. obs. t. 54. de feud. obs. 11. Geil. libr. 2. obs. 48. Mynsing. Centur. 5. obs. 9. num. 1. Wesenbec. de feud. cap. 8. num. 6. Bocer. tr. de investit. cap. ult. num. 8. c) Bl. & Matth. de Afflict. in c. un. in pr. arg. illius textus de capitul. Corrad. Idem Afflict. in c. un. in pr n. 1. quo temp. miles investit. peter. deb. arg. l. 3. §. si quis heredi. ff. de stat. liber. gl. l. fin. §. sin autem dubius. verbo. delatum. & ibi Br. C. de jur. deliber. Jacobin. de S. Georgio in verb. qui quidem investiti. n. 35. & verb. ita quod ipsi. n. 14. Schrad. pag. 6. cap. 2. n 17. cum plurib. allegatis. d) Præposit. in d. c. un. in pr n. 4. quæ fuit prim. causs. benefic. amitt. Schrad. d. c. 2. n. 18 e) Bl. in pr. de capitul. Corra. Curt. pag. 4. n. 57. Nemini namq; malitia sua sive dolus suus debet patrocinari l. 1. ff. de doli except. cap. sedes apostolica. X. de rescript. f) l. pen. C. ad SC. Syllan. arg. l. generaliter. 78. l. parem. 150. l. ad ea. 157. §. 1. ff. de R. J. l. 2. §. hoc interdictum. 42 ff. ne quid in loc publ. Gothofred. Anton. disput feudal. 8. th. 5 lit. C. g) Schrad. d c. 2. n. 20. arg. eorum quæ tradunt Br. & Alex. l. necessarius. 57. ff. de acquir. heredit.

XX.

Quodnam igitur temporis spacium ad investituram renovandam præstituatur, ex his ita delineatis certum est. Ipsam autem fidelitatem præstandam vel jurandam quod attinet, quia investituram confestim comitatur, ut cum ea in quantum possibile est continuò præstetur. a) utique huic etiam anni & diei temporis spatium est præstitutum & præfinitum. b] militi v. adhuc anni & mensis spacio per modum exceptionis indulto, ut jam ante est assertum.

a) c. un.

a) *c. un. in fin. de nov. form fidelit.* b) *uti probatur per c. un. in pr quæ fuit prim. cauß. benefic. amitt. & c. un. ibi. fidelitatem pollicendo & investituram petendo. t. de capitul. Corrad. in quibus locis utraq; & investituræ petitio & fidelitatis promißio conjunguntur, & utraq; intra annum & diem fieri debere dicitur. Ergo utriq; & investituræ veteris beneficij renovandæ & ejusdem etiam fidelitati jurandæ annum & diem regulariter præfinitum esse constat; militi verò adhuc annum & mensem per modum exceptionis esse concessum.*

XXI.

Ipsam igitur fidelitatem renovatæ investituræ satius & consultum magis est, ut vasallus quicunq; sive paganus sive miles vel successor ejus domino vel successori ejus polliceatur & ad eam jurandam se offerat *in continenti*, investiturâ impetratâ *a)*

a) *Hanc sententiam comprobare videtur Anton. Contius de feudis cap. quibus modis feudum acquiratur. vers post investituram sequitur juramentum fidelitatis in continenti priusquam ad actum extremum accedatur fol. 35. & statuit gl. in cap. un. & ibi Andreas de Isern & Præposit. quæ fuit prim cauſ. benefic. amit Bl. in cap. un. §. fin per quos fiat investit. & applaudit Hart Hartman. ab* Hoppingen *pract. obs. t. de feudis. 54 obs. 8. num. 2. & Sichrad p 6. cap. 3. num. 5. Et probatur* I. *per c. un. in pr. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt. ubi utramque tanquam eadem vice expediendam & investituram & fidelitatem, & hanc ut illi indissolubiliter connexam atq; infixam Feudista conjungit, quando dicit: vasallum feudum amittere, si post obitum Patris sui dominum intra annum & diem investituram petendo & fidelitatem pollicendo non adierit.* II. *Quia ut domino incumbit vasallum petentem investire, sic & vasallum rursus quod sui est officii & à se requiritur præstare, & cùm à domino beneficium expectet, se paratum offerre decet, maximè cum tempus huic negotio jure feudario sub pœna amißionis feudi præstitutum pro domino interpellare & vasallum admonere videatur juxta regulam juris civilis, qua dies etiam à lege præstitutus pro homine interpellare dicitur l magnam. C de contrah. & commit stipulation. l. trajectitiæ. ff de O. & A l. ad diem 77. ff. de V. O l. ult. ff. de naut. fœnor Anton Gabriel. Roman. libr. 3. commun. concl. 1. de solut. & liberat. concl. 9. Borch. tr. de V. O. cap. 7 n 48. & seqq.*

XXII.

Sed hoc quidem commodius est pro domino & propterea etiam magis consultum vasallo, si investiturâ renovativâ impetratâ, incontinenti etiam fidelitatem domino præstiterit, vel ad eam præstandam ei se incontinenti obtulerit; Quòd si tamen investituram vasallus repetendo forsan non dolo, sed ex simplicitate vel incuria vel imperitia non affectata *incontinenti* etiam fidelitatem non polliceatur, non tamen ideo adeo strictè feudo privari debet; sed eo ipso quo investituram repetit, tacitè etiam ad fidelitatis promissionem & juramentum se quasi obtulisse videtur. *a*)

a) *Petr. Raven. & Dd in c. un. in pr. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. Curt. p. 4. n 47. Zas. p 7. n. 3. Borcb. cap. 8. n. 7. & 23. Schrad p. 6 n 44. Hart. Hart. d. t. obs. 11. n. 11. Schoner p 1. disp. 9. th 84. Boter. tr. de investit. cap. ult. n fin. Idq; probatur: I. Quamvis sint forte qui statuant jure feudi scripto & stricto ut in c. un. in pr quæ fuit prim caussa benefic. amitt. & alibi præcisè requiri ut renovativa investitura & simul fidelitatis præstatio fiat intra annum & diem, eo quod investiturã fidelitas semper comitetur; & utraq; ferè paribus passibus ambulet; hanc verò assertionem nostram tantùm secundum æquitatem ita quandoq; posse admitti; Sciendum tamen contra, quòd ipso jure d c un. in pr quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. hæc assertio nostra adstruatur, cum quia tex. ille in d pr. est generaliter conceptus, & quidem eo casu ubi vasallus tanquam ingratus existit. Ergo limitationem admittit ubi talis aliqua alicujus ingratitudinis caussa cessat; tum etiam, quia si vasallus sit investitus quidem nondum autem fidelitatem fecerit, debet tribus vicibus citari, ut traditur in d. c. un. §. est & alia. 2. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. Tali itaq; circuitu opus non fuisset, si continuò cum investitura fidelitatem non præstando feudo privaretur. II. quia lex solummodò requirit ut vasallus, vel intra annum & diem vel intra annum & mensem prout jam dictum; non autem incontinenti investituram a domino feudi petat. Investituram autem semper comitatur fidelitas. & utraq; ferè paribus passibus ambulat arg. c. un. in fin. per quos fiat investit. & c. un §. fin. de nov. form. fidelit. Ideoq; non adeo præcisè & necessario requiretur à vasallo ut investiturâ renovativâ impetratâ in continenti etiam fidelitatem juret; sed ut mortuo domino in-*

vestitura vel statim vel anno & die, vel respectivè anno & mense jam elapso fieri potest, ita etiam fidelitas vel statim cum investitura vel etiam intra vel mox post annum & diem, mox post annum & mensem respectivè jurari potest: siquidem non plus requirere debemus, quàm lex ipsa requirit arg. l. illam. 19 C. de collation. III. *quia cũ in vestitura sine fidelitate esse non possit, Is qui investituram simpliciter vel petit vel repetit, tacitè unà ad fidelitatem præstandam domino se obtulisse intelligitur arg. d. c. un §. nulla per quos fiat investit. arg. l. illud. 76. ff. de acquirend. heredit. & l. 2. ff. de jurisdict.*

XXIII.

Sed hoc tantùm forsan verum est eo casu, cum vasallus investituram renovativam petierit vel statim à morte testatoris; vel vasalli heredes statim à tempore delatæ successionis in feudum; vel vasallus ex eo tempore quo comperit feudum sibi delatum esse; aut domino defuncto alium successisse; vel statim ex eo tempore, quo vasallus adivit hereditatem defuncti vasalli in feudo hereditario; vel quam primum in feudo ex pacto & providentia vasallus se pro vasallo gerere cœpit, uti jam ante determinatio hæc facta est; sed de eo vehementius erit dubium: si, vasallus, cùm sciat sibi indultum esse ut ab his modò enumeratis terminis investituram renovativam petat intrà annum & diem vel respectivè intra annum & mensem, præstolatus fuerit usq; ad finem anni & diei vel respectivè anni & mensis & tunc in continenti investituram antiqui paterni & aviti feudi recognoverit, annè tunc præcisè fidelitatem clientelarem in puncto elapsi anni & diei seu anni & mensis etiam sub pœna privationis feudi jurare cogatur: & adhuc adserimus, quòd vasallus non necessariò teneatur hoc casu in continenti fidelitatem jurare: sed quòd possit eam post investituram ita in puncto finiti temporis sibi ordinariè præfixi repetitam adhuc tandem præstare. *a)*

a) Id quod hisce adstruimus: I. *quia generaliter posita generaliter debemus exaudire; Hoc autem assertum generale est, quod vasallus investiturâ renovativâ petitâ non in continenti* debeat; *sed in tempore sibi opportuno* possit *fidelitatem etiam domino feudi jurare per jura modò ordine exposita. Ergo hoc generaliter intelligendum est, scilicet sive vasallus*

sallus statim post mortem domini & si vel post finitum annum & diem vel post finitum annum & mensem in puncto feudum recognoverit, omni tali casu vasallus possit non in continenti sed opportuno tempore fidelitatem jurare. II. quia quando dicimus, quòd vasallus paganus debeat intra annum & diem vel miles intra annum & mensem fidelitatem jurare, hoc non absolute & quoad fidelitatem per se consideratam, sed relativè quoad investituræ repetitionem intelligendum est: Nam talis terminus temporis investituræ πρώτως est præfinitus, δευτέρως etiam fidelitati jurandæ scilicet ut unà si statim mortuo domino ab ejus successore vasallus feudum recognoverit, idem vasallus non quidem in continenti unà cum recognitione, sed adhuc vel intra annum & diem vel intra annum & mensem fidelitatem juret. Ergo quocunq; tali tempore etiam in exitu anni & diei vel anni & mensis feudum fuerit renovatum, fidelitas non in continenti sed ex intervallo potest præstari. Antecedens constat ex c. un. § est & alia. t. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. ubi dicitur expressè per textum generalem de omni investitura, quòd si dominus aliquem investierit, & ab eodem fidelitatem requisiverit, si nec tunc vasallus juraverit, sed latitaverit, tribus edictis debeat citari, si neq; post compareat, feudo privetur. Ecce si vasallus statim & in continenti investitura quocunq; tempore, etiam in puncto anni & diei vel anni & mensis finiti recognita, fidelitatem juret, ea certè non ita præcisè jurata feudo esset privandus & tali nō opus esset citatione: pro primò ut investitura per dominū facta, dominus à vasallo fidelitatem requirat; Secundo si post investituram, factam ad requisitum domini vasallus non compareat, tribus vicibus & sic tribus distinctis citationibus vocetur, ita quidem ut singulæ citationi septem dies imputentur, ut ita vel tres septimanas & ultra sibi habeat vasallus post investituram suam fidelitatem etiam tandem jurandi. Ergo fidelitas cum investitura non debet fieri in continenti. Syllogismus inde fit talis: Quodcunq; per se potest fieri cum aliquo temperamento temporis; at in relatione ad aliud sit determinatè ad certū tempus, illud non absolutè ad certum tempus restringendum. At fidelitas clientelaris jurandi per se cum aliquo temperamento temporis potest fieri; in relatione ad investituram renovandam ad annum & diem vel annum & mensem determinatur. Ergo non absolutè ad certum tempus anni & diei vel mensis juranda restringatur. Idem potest adstrui ex c. un. de milit. vasal. qui contumax est. III, Quòd si casus contingat ut ob aliquam caussam tempus investituræ

vasallo nõ curtat, puta quia in captivitate est, infans, impubes & pupillus est, vel feudi possessionẽ non habet ut infr. membro 9. consimiles caussæ recensebuntur quàm plurimæ, ut propterea donec tales caussæ cessent, investitura petenda differatur vel ultra decem annos; si tunc vasallus post decimum annum, cessante caussa impedimenti, investituram petens non in continenti fidelitatem juret; E. multò minus si non obstante tali aliqua caussa, vasallus in puncto finiti anni & diei vel anni & mensis investituram repetat, in continenti fidelitatem jurare tenebitur. Connexio *propositionis probatur: quia cui licet quod plus est, ei non debet quod minus est non licere c. cui licet. 53. extr. de R. I. At verò hoc plus est, ut si quis decem habeat annos antequam investituram repetat, & tamen adhuc unà cum investitura repetenda ad fidelitatem jurandam habeat annum & diem vel annum & mensem prout vasallus est; & immò tamen nondum in continenti fidelitatem juret; minus est ut si ille qui tantùm annum & diem vel tantùm annum & mensem habet & eo finito in puncto investituram renovat non in continenti fidelitatem unà juret.* Assumtum *probatur, quia cessante caussa impedimenti vasallus demum de novo investituram veterem recognoscit & quia tunc denuo recognoscit, standum est regulæ: quotiescunq; investitura renovatur vasallus vel annum & diem habet si paganus est, vel annum & mensem si miles est, ad eam renovationem faciendam & fidelitatem præstandam; ut tamen fidelitas non in continenti, sed cum aliquo temperamento temporis præstetur arg. c. un. §. est & alia. quæ fuit prim. caus. benefic. amit. & c. un. de milit. vasal. qui cont. est.* IV. *quia quamvis jure ita præcisè determinatum videatur, ut intra annum & diem vel intra annum & mensem investitura petatur, & fidelitas interea temporis adeoq; non in continenti juretur, non tamen inde inferendum est, quòd etiam finito illo tempore adhuc in puncto illius finis investitura non petatur & ex intervallo fidelitas postea non juretur; siquidem hæc connexa & cohærentia sunt, ut quis etiam in exitu ejus temporis, utpote quod integrè indultum est, feudum recognoscat; at quotiescunq; investitura repetitur fidelitas non in continenti juranda est ex superioribus constat; immo tempus illud investituræ renovandæ* αὐτόθι *est præfinitum, in consequentiam etiam fidelitati; Ergo huic non absolutè; ac propterea opportunè potest præstari. E. ut in exitu illius temporis investitura repeti, ita & adhuc, nec quidem incontinenti fidelitas potest præstari.*

XXIV. Hoc

XXIV.

Hoc tamen hic singulariter est notandum: si post annum & diem vel annum & mensem statim vel eo finito adhuc in ejus fine investitura renovetur & fidelitas tunc adhuc non incontinenti fiat, quòd fidelitati jurandæ non novus adhuc annus & dies vel novus annus & mensis indulgeatur: sed arbitrio domini vel judicis æquicommittatur intervallum temporis æstimandum intra quod tandem fidelitas fiat, quò res dulo careat, & vasallus jurare pro crastinando non videatur decipere aut cavillari. *a*)

a) I. *quia nullo jure tali casu singulariter pro fidelitate annus & dies vel annus & mensis præfinitur.* II. *quia si tali casu adhuc ad jurandum novus annus & dies vel novus annus & mensis concederetur, processus foret in infinitum; quia in illo anno & die vel mense finito, & in puncto investiturâ renovatâ vasallo moriente, ejus successor iterum tale tempus ad jurandam fidelitatem peteret, & successoris successor iterum, ut ita vix intra aliquot annos unus actus fidelitatis jurandæ immò vel nunquam absolveretur. Sed ab hoc rerum natura abhorret.* III. *quia talis annus & dies vel annus & mensis propriè &* πρώτως καὶ ἀμέσως *est renovationi feudi præfinitus,* ἐμμέσως καὶ ἑπομένως *fidelitati jurandæ. Ergo fidelitati jurandæ absolutè ut nunquam ita & hoc casu novus annus & dies, vel novus annus & mensis est præfiniendus.*

XXV.

Verùm pro cautela practica hoc bene notandum, quòd possimus his & id genus aliis controversis supersedere omnibus, si vasallus prona & sponte sua paratus investiturâ renovatâ impetrata in continenti domino suo etiam juret fidelitatē.

XXVI.

Ut autem regulariter veteri investituræ renovandæ ita etiam unà cum ea fidelitati iterum promittendæ certum temporis spatium præstituitur, quo vasallus investituram renovando fidelitatem quoque præstet & juret domino feudi, aut si secus feudo privetur. Et quidem quatenus vasallus paganus feudum recognoscit, fidelitatem domino feudi juret pariter intra annum & diem, aut secus, feudum amittat. *a*). Si verò vasallus miles feudum renovat, unà etiam promittat domino

 fide-

fidelitatem intra annum & mensem aut feudo cadat. b)

a) c. un. in pr. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt. c. un. in pr. de capitul. Corrad c. un §. quoniã de prohibit. feud alienat per Lothar. c. un. §. fin. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. b) per tex. c un. in pr. quo temp. mil. invest peter. deb. Hæc ſententia de temporis diverſitate quoad vaſallum paganum & militem in inveſtitura renovativa petenda ut & in fidelitate iterum promittenda, obſervanda, communiſſima eſt teſte Dn. Vulteio loc. 1. allegato, eamque ex veteribus probant Iacob. de Belviſ & Alvarott. num. 7. ad d c un. in pr. quæ fuit prim. cauſſ. benefic. amitt. & ex recentioribus Zaſ. p. 7. num. 1. Sonsbec. pag. 11. num. 7. W. c. 8. n 3. Mynſ. cent. 5. obſ. 9. num. 1. Laurent. Sylvan. de feud recognit. q. 8. Anton. Capitius de inveſtitura feudali Col. 8. verſ. ſi eſt miles. Schneid. pag. 5. num. 3. Borch cap. 7. num. 32. Roſenth. cap. 6 concl. 30. num. 70. Boter. tr. de inveſtit cap ult. num. 7. verſ. cæteri eamque communem dicit Iulius Clarus in §. feudum. quæſt. 49. num. 2. & communiſſimam fatetur Vultei. cap. 7. num. 61. verſ. verùm communiſſima. Et ita uſurpari teſtatur Ioannes Ferrarius Montan. libr. 3. de feud. cap. 6 in pr. Et probatur inde quia tex. in d. c. un. in pr. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt. & in d c. un in pr. de capitul. Corrad. & in d. c. un. §. fin. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. & in d. c. un. §. præterea ſi quis in feudat. de prohibit feud. alienat. per Frideric. generaliter & indiſtinctè vaſallo annum & diem renovandæ inveſtituræ & fidelitatis faciendæ præſcribunt, ideoque nulla diſtinctio, niſi diverſo textu probata admittenda eſt l. 3 in fin ff. de offic præſid. l. 1. §. 3. verſ. & eſt relatum. ff. de aleator. quinetiam generali oratione omnes ſpecies continentur l. metum 9. §. animadvertendum. 1. ff. quod met. cauſ l. item veniunt. 20. §. petitam. in fin ff. de petit. heredit. l. de pretio 8. ff de Publician. in rem action. At verò de milite vaſallo exceptio eſt expreſſo jure & certa juris ratione probata. ſcilicet quòd vaſallus miles annum habeat & menſem ad inveſtituram renovandam & fidelitatem faciendam; de vaſallo autem pagano & non milite talis exceptio non eſt. Ideoque manet quod vaſallus paganus quicunque intra annum & diem, vaſallus verò miles intra annum & menſem inveſtituram renovet & fidelitatem faciat. De vaſallo quidem milite conſtat hæc exceptio tum expreſſo tex. c. un. in pr. quo temp mil. inveſtit peter. deb tum etiam ejuſdem c. inſcriptione & titulo, quo quaſi ſingulari emphaſi & in ſpecie & individuo

duo de vasallo milite quæritur & disponitur; proculdubio propterea, quòd ex castris non tam cito dominum adire possint; Itemq; quòd majore favore gaudeant & digni sint l. ult. in pr. C. de jur. deliber. l. milites. 8. C. de quæstion. & t. t. ff. C. l. de testament. milit. Quid igitur aliud existimandum aut dicendum est, quàm quòd hic ejusdem juris feudarij auctoritate à generis natura eximatur certa quædam species, eoq; secundum juris etiam civilis regulam in toto jure civili receptam generi per speciem derogetur l. in toto jure. 8. ff. de R. I. Nec mutat generalis illa oratio suam conditionem & naturam, cùm eam, licet in milite vasallo nonnihil inflectat, in alio tamen omni vasallo, qui miles non est, retineat. Est quidem aliquid quòd in jure feudario militis vocabulum frequentius pro vasallo ponatur & eundem significet ut probatur c. un. in pr. & §. 1. vers. defuncto milite. Si de feud. defunct. cont. sit &c. c. un. de feud. sine culp. non amitt. & t. t. de milit. vasal. qui contumax est; magisq; seniori & domino quàm pagano opponatur, ut conjicere est ex constitut. Conrad. Imp. de benefic. in pr. ibi: quoad conciliandos animos seniorum & militum; quippe quòd feudum clientela militaris sit, & occasione militiæ primum inventum, & militibus primitùs distribui cœptum. Hinc Albert. Crantzius libr. 6. Daniæ cap. 19. inquit: Omnis inter Regem Daniæ & Adolphum Holsatiæ Comitem controversia sustollitur, & primùm amicus, deinde miles Regis (id est vasalli seu desselben Ritterschafft) *conscribitur. Hottoman. in verbis feudalib. verbo: milites &c. Sed hoc ut plurimum communiter & frequentius & in genere fit, scilicet cum de utroq; vasallo tam de pagano non milite quàm de ipso milite eadem communia jura circa feuda constituuntur; Idemq; ita communiter fit hanc ob rationem, quia feuda primitùs & origine sua militibus tantùm in præmium exsertæ virtutis, & ad eorum conciliandos animos attributa & distributa fuerint; Attamen etiam specialiori & proprio sensu ut alia ita & hoc vocabulum accipere possumus si specialior hoc ratio probat, quæ in proposito hæc duplex est: tum quia non omnis vasallus miles, sed & est alius vasallus qui non sit miles, & miles simul etiam vasallus est Hart. Hart. ab* Hoppingen*t. de feud obs. 1. num. 4. & facit c. un de milit. vasal. qui arma bellica deposuit, & c. un de milit. vasal. qui contumax est; tum quia alia & diversa in specie jura esse constituta animadvertimus in vasallis militibus, & alia in reliquis vasallis, per jura modò tradita.*

XXVII. Sed

XXVII.

Sed contra hanc communissimam F F. sententiam alii sublimis subsellii JCti variè insurgunt, quibus calculum adjicere haud poterimus, rationibus moti certissimis. *a*)

a) Primum *namq; sunt Cujac. in comment. suis feudor. libr. 1. t. ut miles feud. non amitt. 20. in fin. & Francisc. Hottoman ad c. un. quo temp. mil. investit peter. deb. qui huic textui manum criticam adhibentes eodem corrigunt, & pro vocabulo: mensem, voculam: diem reponunt, ut ita hunc tex. d. c. un. quo temp. mil. invest. peter. deb. cum reliquis feudorum placitis concilient. In quam sententiam etiam concedunt Borch. de feud. cap. 7. n 32. circ. fin. & Rittersbus. de feud. cap. 9. q. 10. Ratio Cujac. principalis hæc est: quia scribit se è veteribus librum meliorem legisse qui habuit ultra annum & mensem & diem; Ideoque cum hæc duo vocabula: mensem & diem, ut contradictoria & superflua conjunctim stare nequeant; at quamplurima alia feudorum placita tantum diei mentionem faciant, vocem: mensem rejiciendam censet. Altera eorum ratio est, quòd vasallus in libris feudorum nomine militis significetur.* Verùm Cujacio respondemus, *tum quòd à correctione textuum quàm maximè, & quantum fieri potest, abstinendum sit; tum novam legem condere non esse legem interpretari; tum quorsum potest legem stringentibus rationibus impugnare & in dubium vocare, eandem verò salvare non posse; tùm quòd lectio illius veteris libri potius pro hac assertione nostra faciat, ut qui distinguat inter vasallum non militem & militem, & illi annum & mensem, huic annum & diem attribuat; atq; ita quod luculenter debuerat tradere: scil. ultra annum & mensem, aut annum & diem respectivè quoad vasallum militem vel paganum vasallum, præcisè proposuerit, ut quòd vasallo distinctè tum militi tum non militi annus & mensis & dies sit concessus; non statuendum ejus auctorem adeo plumbeum & bardum fuisse, ut ne potuerit inter mensem & diem distinguere & illam in adjecto contradictionem evitare; tum maximè quòd inveterata & mucidæ alicui schedæ non plus auctoritatis tribuatur, quàm exemplari consuetudinum feudalium usitato & communiter receptο, cui tot seculis à tantis & tam maximi ingenii ICtis albus calculus est adjectus, tum deniq; ridiculum est ejusmodi veterem librum, ambiguum & correctioni obnoxium reputare, immo eum corrigere rejectione alicujus vocis, & tamen exinde ut fonte & certo principio textum juris receptum*

& ab

& ab aliis Dd. rationibus non levibus comprobatum, ut corruptum & erroneum emendare. Altera Dd. ratio est nulla, ut ex antea adductis constat.

Secundò *Jacobus de Ardiz. in usibus feudor. t. 72. in pr. Andreas de Isern in d. c. un. quo temp. miles investituram petere debeat, ibiq; Eguinar. Bar. Anton. Contius de feud. t. quib. modis feudum acquiratur. vers. ante legem Friderici, ex constitut. videlicet Lotharii Imp. datum esse militi vasallo annum & mensem; sed & Friderici Imp. lege vasallo omni sive militi, sive pagano sine discrimine præfinitum esse annum & diem, atq; ita Lotharii constitut. à Friderico Imp. postmodum correctam mutatam & rursus sublatam esse.*

Sed horum sententiam improbamus. I. *quia d. c. un. quo temp. mil. investit. peter Imp. Lotharii non est*, quamvis idipsum etiam adstruat sed absque ratione Dn. Bocerus *tr. de investit. feud. c. ult. n. 7 in pr. Etenim d. c. un. Imp. constitutionem esse ex verbo. sancimus, hu eod. t. repetito conjicere est; sed eam Lotharii esse nullo ex eadem verbo probari potest; Immò verò contrarium potius probatur ex c. un. §. quoniam. final. de probibita feud. alienat. per Lothar. ubi Imp. Lotharius ipsum tempus investituræ renovandæ anni & diei curriculo inclusisse, eoq; nec à Friderico Imp. nec à semet dissensisse, nec reliquorum Feudistarum placita improbasse manifestè ostenditur. E. in. d. c. un. quo temp. mil. investit. peter. deb. Constitutio Lotharii non est.* II. *Neque ex Imp. Friderici constitutione in c. un. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. apparet eum priorem illam constitutionem tollere voluisse aut expresse mutasse. Ex nullo itaq; fundamento prædicti DD. asserunt constit. in d. c. un quo temp. mil. investit. peter deb esse sublatam.*

Tertiò *Dn. Herman. Vultejus textus correctionem improbans jura diversa modò annum & mensem, modò annum & diem investituræ renovandæ præfinientia ita conciliat libr. 1. feud. c. 7. n. 61. in anno & die statuens esse juris rigorem, in anno & mense verò æquitatem: annum & diem esse juris, annum verò & mensem esse observationis & usus: annum & diem esse investituræ renovandæ; sed annum & mensem esse feudi ob ejus neglectum amittendi. Itaq; vasallum quidem intra annum & diem teneri investituræ renovationem petere & fidelitatem offerre; sed tamen si idipsum non dolosè sed per incuriam vel negligentiam neglexerit, celeri satisfactione intra 29. dies, eundemque mensem, moram*

 purgare

purgare & culpam commissam posse rursus eluere atque exuere. Sed quamvis *hæc sententia Vulteji* (*ut Dn. Lucæ Beckmanni JCti Wittebergensis verbis utamur*) *sit plena æquitatis & favoris, ei tamen adstipulari non possumus.* I. *Quia immutat prorsus quæstionem d. textibus juris feudatii propositam. Si namq; esset inibi unum jus de investitura renovanda, & modus unicus investituræ renovandæ, ejusq; unicum objectum, ut quod jus modò pro ratione circumstantiarum esset strictè modò ex æquitate dirigendum, & qui modus modò strictè modò benignè esset attendendus, diceret aliquid; sed quia jus undiq; diversum, modus est diversus, objecta sunt diversa, jus strictum & æquitas locum non habent; sed unumquodq; servandum est prout jure in specie separatim ordinatum est, scilicet ut alius est vasallus miles, alius non miles sive paganus, ita utrinque jus est diversum.* II. *Distinctio hæc apertè contrariatur placitis feudalibus, ut quæ non hæc separant quasi annus & dies sit investituræ renovandæ & fidelitati offerendæ: annus verò & mensis sit privationi & amissioni feudi determinatus; sed uno eodemq; contextu conjunctim adstruunt: Vasallum intra annum & diem investituram petere & non petentem feudum amittere, eoq; privari debere per tex. in c. un. in fin. pr. ibi. beneficio carebit. t. qua fuit prim. causs. benefic. amitt. & c. un. in pr. ibi. ipsum perdant de capit. Corrad. & c. un. §. quoniam. ibi. feudum ob hoc amittit. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. c. un. §. si quis infeudatus. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. Quæ jura omnia apertè & satis manifestè innuunt, confestim lapsu anni & diei, investituram interea temporis peti debere & non petendo, commissam esse culpam, adeò ut hæc etiam ingratitudo & quidem prima, id est, primaria & præcipua caussa amissionis feudi dicatur in d. c. un. in pr. quæ fuit prim. caus. eoq; etiam feudum confestim perditum amissumq;. Eodem modo hæc conjunctim de vasallo milite statuuntur, ut si ille intra annum & mensem investituram non petierit & ad fidelitatem jurandam domino se non obtulerit, damnetur & feudo privetur. Hanc responsionem suppeditant Bocerus tr. de investit. cap. ult. n. 7. vers. nihil quoque moror; ubi hanc sententiam Vulteji ut singularem & contra communem, repudiat; & Dn. Lucas Beckman. eam rejicit in prælect. feudal. t. de tempore.*

XXVIII.

De ratione Dd. admodum sunt solliciti ob quam ita annus

annos & dies ut & annus & mensis investituræ renovandæ & fidelitati offerendæ sit præfinitus ? Nos magis volumus concedere in illorum sententiam eamq; communem & receptam, qui asserunt rationem idoneam & in individuo certam dari non posse, ideoque statuendum quòd ita moribus & consuetudine inter milites & usuum feudalium, observatores fuerit receptum, ut vasallus non actu ipso & revera miles ad petendam investituram&fidelitatem jurandam habeat præfixum sibi terminum anni & diei. a)

a) *Post Alvarott. in cap. un. in pr. & ibi Præposit. vers. sed ego puto. t. quæ fuit prim. causs. benefic. amitt. Lauren. Sylvan. de feud. recognitione q. 14. Curt. jun pag. 4. caussa privationis. 23. num. 45. Mozz. de substantial. feud. num. 48. Jul. Clar. in §. feudum. q. 49. num. 1. in fin. Schneidw. pag. 5. num. 5. Vultej. cap. 7. num. 61. vers. cur autem. Et si unquam in rationes eorum quæ constituta & recepta sunt, scrupulosè inquirendum non est l. & ideo. ff. de ll. quippe quod non omnium quæ constituta sunt, ratio reddi possit l. non omnium ff. eod Certè cur hoc inter milites ita receptum sit, minimè quis pervestigaverit; siquidem aliàs quæ consuetudinis sunt, ut miris modis sunt vel in momentum variabilia & longo tempore propè tumultuariè distorta, ita multò magis ea quæ consuetudine militum recepta existunt.*

Sed tamen sunt Dd. quos refert Speculator in t. de feudis *§. quoniam. vers. 27. qui statuunt, quod sicut duplex est bonorum possessio, edictalis scilicet & decretalis, ut in l. 1. §. ut decretalis. ff. de successor. edict. ita duplex successio feudi; scilicet edictalis, qua quis in feudo succedit; & decretalis, qua debet intra certum tempus dominum agnoscere & fidelitatem facere; & decretalis bonorum possessio nihil sine edictali operatur, & edictalis anno finitur l. emancipato. C. qui admitt. ad bonor. possess. post. In simili statutum fuit tempus anni & diei.*

Sed hic subjicimus cum Jason. *in prælud. feudor. circ. fin. vers. decima sexta divisio & Laur. Sylvan. de feud. recognit. d. q. 14. n. 3. quòd hæc sanè similitudo sit multum à remotis; id quod his rationibus nostris ostendimus, tum quia adhuc sub judice lis est, an sit talis aliqua bonorum possessionis divisio, cum specie una tantùm sit bonorum*

 possessio.

possessio, cujus adjuncti modi tantùm variantur; ut igitur non entis nullæ sunt qualitates, ita nulla comparatio; tum quia bonorum possessionis jus ut milites feuda occupando vel ignorarunt vel non attenderunt, ita consuetudinem hanc absque ulla cogitatione de bonorum possessione per milites receptam compilatores jurium feudorum in Scriptura annotarunt; tùm denique bonorum possessio anno finitur, quorsum ergo adhuc anno adjicitur dies in feudi repetitione & fidelitate ejus juranda? Et id genus aliæ manifestæ dissimilitudinis rationes congeri possunt quàm plurimæ.

Inter recentiores F. F. Dn. *Johannes Borcholt de feud. cap. 7. num. 31. hanc suppeditat rationem: Anno esse in proposito adjectum diem, ut ostendatur annum finiri eodem die mensis quo incepit; rationis hujus ratio sit: quia dies termini non computatur in termino. v. g. Dominus feudi mortuus est primo die mensis Octobris, quæritur an hic dies in annum computari debeat nec ne? si affirmemus, quod dies ille in quo dominus feudi obiit, in annum sit computandus, finietur annus ultimo die mensis Septembris, & annus sequens iterum incipiet à primo die mensis Octobris si verò dies mortis domini primus Octobris, in annum non fuerit computatus, finietur annus primo die ejusdem mensis anni sequentis, & annus sequens non incipiet, nisi à secundo die mensis Octobris. Et hanc sententiam statuit consuetudines feudorum probasse, & ideo diem anno adjecisse, ut ancipitem & dubiam illam in utramq; partem disputatam quæstionem: an dies termini computetur in termino? dirimerent, de qua prolixi sunt Tiraquel. Mynsinger: Forner. locis d. n. 31. citatis. Verum hæc ratio quidem plausibilis est magisq; ex mathematica speciosa & erudita, quàm vera pro natura rei nostræ; quippe quæ pro sua subtilitate à feroci præcipitantia & præcipiti ferocitate militum, ut qui facto quodā suo sic observare assueverunt, remotissima est; id quod luculentissimè induci poterit ex collatione rationum, quas prædicti DD. suis ibi allegatis locis coacervarunt.*

XXIX.

Quod tandem attinet tempus illud, quod militibus indultum est, scilicet annus & mensis, ejus ratio facilius potest reddi. *a)*

a) *Posito*

a) *Posito namq́, pro certo, quod paganus vasallus habeat annum & diem intra quem investituram petere & ad jurandam fidelitatem se offerre potest, utique miles vasallus potest adhuc habere annum & mensem ob rationem jam ante pro hac exceptione inductam: quia majori favore dignus est; ejusq́, rationis rationem: quia non tam cito ex castris dominum adire potest; at verò adhuc intra mensis tempus ultra aliquot miliaria dominum potest convenire.*

XXX.

Sed quia ex his longè seriè traditis abundè constat hoc privilegium anni & mensis tantùm militibus vasallis indultum esse, inquirendum porrò quinam sint illi milites vasalli, quibus tale privilegium reservatum sit; & quibus idem omninò sit denegandum? Et vasallos milites tantummodò dicimus illos, qui revera & actu ipso armati militant, seu sub armata militia stipendia merent & in castris versantur, licet in acie aut procinctu non stent, cujuscunque etiam sint generis, sive pedites seu caligati & gregarii, sive etiam Equites. *a)*

a) *Præposit. ad d. cap. un. num. 2. quo temp. milit investit. pet. deb. Schneidw. p 5. n. 3. Rosenth. cap. 6. concl. 30. num. 8. in allegat. sub lit. I. Et probatur hoc argument. l. de militibus. 9. ff. de custod. & exhibit. reor. l. pen. ff. de testament. milit. l. miles. 6. l. item milites. 8. ff. de re judicat. & l. un. §. 1. ff. de bon. possess ex testament. milit. Ergo benefic. d. cap un. quo temp. milit. investit. peter. deb. non ad alios milites, quàm qui armis revera militant, pertinet, & hi vasalli milites rectè dici possunt.*

XXXI.

A contrario itaque primùm illi vasalli, qui quondam milites fuerunt, si tempore renovandæ investituræ & fidelitatis faciendæ revera in armis non militant, nec in castris sunt, ut hac ratione & impedimento militiæ dominum adire non impediantur & detineantur; sed in aliis locis vel etiam sedibus

suis degunt, minimè ad vindicandum tale privilegium debent adjuvari. *a*)

a) *sicut in alio argumenti genere Imp. in pr. I. de testam. milit l. fin. C. quib. non objic. long. tem. præscript. l. pen. C. de testam. milit. l. ult. C. de testit. milit.*

XXXII.

Secundò: Neque prædictæ exceptionis privilegium ad eos pertinet, qui equestris honoris titulum saltem usurpant, extra castra & militiam degentes, quos honorarios Equites, Rittere/appellamus; ejusdem quidem argumenti inductione.

XXXIII.

Tertiò: Neque pertinet ad nostros Nobiles, qui se Equites Rittermessige jactitant, quatenus in castris non versantur; sed in sedibus suis subsident, aut in villis suis delitescunt. *a*)

a) *Quamvis hoc existimarit, sed malè Dn. Wesenb. de feud. cap. 8. num. 3. ibi. nobilibus &c. Et licet hoc Marian. Freccia ad suos Barones Siciliæ extendat in libr. 3. de auctoritate & potestate Baronum. differ. 45. inter feuda regalia & non regalia, quem sequitur Mozz. de substantial. feudor. num. 46. Etenim hujusmodi privilegia & beneficia militibus ob periculum vitæ & bonorum occupationes & similes caussas concessa, non competunt nisi revera militantibus, ut scribit in argumento testamenti militaris Viglius in pr. I. de testament. milit. & Galiaula in l. Centurio. num. 7 ff. de vulgar. & pupillar. substit. Et Albertus Brunus de cessione bonorum. 11. q 4. quæst. princip. num. 2. post Brun. in l. ex eo. 42 ff. de militar. testament. & post alias quam plurimas auctoritates, privilegia militum restringit ad actu ipso militantes; ideoque secundum eum Nobiles nostri temporis (puta in villis suis degentes & œconomiam suam procurantes, quantumvis domino, casu obtingente, ad servitia militaria præstanda parati sint) istud privilegium non merentur. Itemque privilegia militum ex nobilibus illis tantùm, qui continuis armorum exercitiis dediti sunt, tribuuntur pertradita à Deci. in rubr. C. de testament. mil. n. 5. & consil. 5. 6. quoniam.*

Celum.

Colum. 1. Boër, decis. 355. n. 1. facit l. rescripta. 44. & fin ff. de testament. milit. Et elegans est tex in l. scriniarios, 16. C. eod ubi Gothofred. in not. lit. D. ait: Aliud est videri aliud esse: Nomina Scriniariorum (id est, Secretariorum & Scribarum, Ducum & Tribunorum) videntur esse in matriculis militaribus, non sunt tamen verè milites, etiamsi jus Castrensis peculii habeant l. 6. C. de Castrens. pecul. argumento inde à pari ducto ad Nobiles prædictos nostros. Idem ibidem lit. C. matricula sola militem non facit, ideoque qui militum effectu carent, & militum munere non funguntur, carent etiam privilegio militum. Nam beneficium non pertinet ad eum, qui non debet gerere officium, ait in consimili argumento Feudista in cap. un. in fin de milit. vasal. qui contumax est. Ac tandem ut ne semper ab aliorum JCtorum judicio & ore dependeamus præter has Dd. rationes ex promtuario nostro hanc superaddimus: Si Nobiles non milites solummodo propter suam nobilitatem, non habitu respectu periculorum per militiam vitæ, omniumque fortunæ amissionis, cum reliquis nobilibus actu ipso militantibus iisdem per omnia privilegiis perfruantur, annè nil proderit his vitam suam adeoque seipsos pro salute communi classicis, tormentis objecisse; annè in assum laborarunt, singulis momentis parati, ut sanguinis sui purpura patriam & rempubl. propugnarent, eoque verò æternitatis colore eandem illuminarent, cohonestarent? annè frustra? Imo nostri elogium eorum, quod quia pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelligantur? absurdissimum;

Siquidem hic non simpliciter quæstio est honoris, sed & corporis & omnium virium sudorifluì & sanguinei laboris immò verò præsentissimæ mortis; hujus verò facinoris prçfulget præeminentia & singularis prærogativa.

XXXIV.

Quartò: Neque pertinet ad illos, qui alioquin genere vitæ milites sunt, & extra castra stipendia habent, quales apud nos sunt die Rittmeister vnd Obristen in Chur vnd Fürstlichen Festungen/vnd sonsten hin vnnd wieder zum Anzug auff erheischenen Nothfall bestallte Befehlichshabere. *a)*

a) quia

a) *quia in castris non degunt, nec revera militant arg. eorum quæ in alio genere argumenti tradunt Ripa ad d. l. Centurio. num. 9. ff. de vulgar. & pupillar. substib. Sfortia Oddus in tr. de compendiosa subslit. pag 5. q. 3. præmisso. 3. concl. 5. Jul. Clar. in §. testamentum. q. 15. Michaël Grassus de ultimis voluntatibus §. testamentum. q. 3.*

XXXV.

Quintò prædictum privilegium nec sibi acceptare, possunt illi, qui in præmium exsertæ virtutis Equites creantur. *a)*

a) *Etenim non confestim omnibus privilegiis militaribus præsertim iis, quæ ob periculum & occupationes conceduntur; gaudent; sed tantùm honoris & dignitatis titulum consequuntur.*

XXXVI.

Sextò multò minus pertinebit ad otiosos illos milites, qui in pagis & vicis vagantur & grassantur, quos Gardenbrüder/ oder herrlose Knechte nostro idiomate dicimus. *a)*

a) *Siquidem de illis omninò non tolerandis extat specialis constitutio in recessibus Imperii à Carolo V. Augustæ in Comitiis de Anno 1555. promulgata in §.* vnd damit garten vnd herrlosen Knechten. *Unde nec favore aliquo digni sunt.*

XXXVII.

Septimò: Neque pertinet ad togatæ & urbanæ seu civilis illius militiæ milites, qui ministerio Principum aut alterius Magistratus negotiis obeundis pro certo salario aut stipendio subserviunt. Tales sunt 1. Palatini, qui in Principis palatio militant, aut munus aliquod gerunt, Hoffdiener. *a)* 2. Illi qui in scriniis palatii, id est, memoriæ, epistolarum libellorumque versantur. *b)* 3. sunt numerarii. *c)* 4. Comitatenses, qui in Principum Comitatu sunt, utpote Comites rei militaris & sacri palatii. *d)* 5. Provinciales, qui Provinciarum Magistratibus apparent. *e)*

a) *De quibus est t. t. C de privileg. eor. qui in sacro palat. milit. & t.t. C. de Castrens. omn. Palatin. pecul.* b) *t. t. C. de proxim. scrin. sacror. & cæter. &c.* c) *l. 3. C. de numerar. libr. 12.* d) *de quibus est t. t. C. de Comit. rei militar.* e) *tt C. de Comit. qui provinc. regunt. Quibus omnibus constitutiones Principum Castrense peculium tribuunt, imitatione quadam armatæ militiæ,* adeoque milites quidem civiles sunt *per t. t. C. de Castrens. pecul. domin Palatin. & t. t. ff. & C. de militar. revera tamen milites non sunt, quia in castris non versantur.*

XXXVIII.

Octavò: Neque pertinet ad illos, qui sunt in militia, quæ dicitur togata & legalis, ut sunt Advocati sive Patroni caussarum forensium, quam Tullius pro Muræna urbanam vocat, & alii forensem appellant, ut & paganam. a)

a) *l. 3. C. qui militar. possunt l. un. & ibi Cujac. C negotiat. ne milit. libr. 12 Esto quidem quòd Doctores excellentes & bene meriti, Advocati & JCti eximii jus & justiciam profitentes & administrantes quasi splendor firmamenti luceant; & tanquam luminosæ candelæ universum corpus orbis, profligatis errorum tenebris, velut sidus matutinum, & stellæ in omnem perpetuitatem mansuræ, irradiant arg. c. super specula. X. de magistr. c. ex eo. de elect. in 6. Sit sanè quod sint nobilissimi per l. providendum. 7. C. de postuland. Et ut scriptum reliquit Azo in proœm. I. quòd scientia juris civilis faciat ejus Professores per orbem terrarum solenniter principari, & in aula Imperiali sedere; cùm ipsorum doctrina totum illuminet mundum, & ad obediendum Deo ac Magistratui vitam subjectorum informet, ut notat Coler. de process. Execut. p. 1. c. 6. n 149. Quid? quòd nullum dubium sit, quin Advocati sive Patroni caussarum militent, & peculium quasi Castrense ad exemplum militum proprio sive vindicent dominio per expr. tex. in l. fori. 4. & l. Advocati. 14. C. de Advocat. diversor. judic.* ac proinde milites forenses, legales, togati, urbani sunt; *Sed tamen si forsan feuda possideant, eadem ratione ad exemplum militum vasallorum & in castris revera militantium, beneficio ac privilegio prædictæ exceptionis ex d. c. un. quo temp. mil. investit. peter. deb. frui non possunt. Nam peculium quasi Castrense ipsis potius honori datur, & peculiari Principum beneficio huicbono, ut quicquid acquirant, si forsan adhuc sint in sacris paternis jure patriæ potestatis*

ſtatis patri non acquirant, ſed ſingulari beneficio ſibi retineant; non quòd militia armata tale quid ſint promeriti. Ceſſante itaque juris ratione, ipſa quoque ceſſat diſpoſitio juris l. quod verò 14.& ſeq. ff. de. ll.

XXXIX.

Nono: Neque prædicta exceptio pertinet ad Principes, Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones, non militantes, quatenus ab aliis feuda recognoſcunt; eadem enim non minus ac quivis alii vaſalli privati intra annum & diem recognoſcere tenentur per jura prædicta.

XL.

Decimo: Neque pertinet ad ipſum Imperatorem quatenus ab aliis feuda recognoſcit, & non militiâ armatâ occupatus eſt. *a)*

a) *tum quia reſpectu feudi domini ſui Imp. & dominus eſſe definit, & communibus ejus Reipubl. legibus, & maximè juris feudalis uſibus ſubjicitur; tum quia utcunq; alioquin magnopere ſit privilegiatus, in caſibus tamen, in quibus non reperitur expreßè privilegiatus jure communi ſuæ civitatis utitur l. digna vox. 4. C. de ll. l 3. C. de teſtament. l. ex imperfecto 23. ff. de legat. 3. Vaſq. illuſtr. controverſ. q 26. n 7.*

Et hactenus hæc de milite vaſallo exceptio fuit cum ſuis replicationibus & ſublimitationibus.

XLI.

Hęc regula noſtra cum exceptione ſua huc uſq; tradita porro ampliatur. I. Uterque vaſallus paganus quidem non ſemel atq; iterum intra annum & diem; & miles quidem non ſemel atque iterum intra annum & menſem inveſtituram petere debet, ut ſic ſufficiat; ſed petendo eam crebrius inſtare & perſequi debet; aliàs ſi eam petere aliquoties inſtituerit, non autem inſollicitando domnium perſeveraverit, perinde feudo privatur atque ſi inveſtituram nunquam petiiſſet ac fidelitatem juraſſet. *a)*

a) *Etenim ad hoc ut quis pœnam contumaciæ evitet, non sufficit ipsum citatum tantùm comparere coram judice; sed requiritur, ut non nisi impetrata licentia recedat. Andr. de Isern in cap. un. n. 10. Alvarot n. 13. Afflict. n. 97. quo temp. miles investit. peter. deb. Schrad. p. 6. c. 3. n. 8.*

XLII.

Secundò: Spacium illud temporis prædictum adeò in utroque vasallo & pagano & milite commodum certumque ac determinatum debet esse, ut dominus invito vasallo illud nec arctare nec minuere possit. *a)*

a) *Andr. de Isern. Alvarott. Præposit. & Matth. de Afflict. in cap. un. mil. quo temp. mil. investit. peter. deb. Jacobin. de. S. Georg. in verb. qui quid. investiti. n. 33. Schrad. p. 6. c. 2. n. 2. Borch. pag. 1. feud. cap 7. n. 36. Rosenth. cap. 6. concl. 101. Vultej. libr. 1. c. 7. n. 62. Bocer. tr. de investit. c. fin. n. 9. tum quia dilatio alicui ex caussa concessa ipsi invito auferri non potest l. 2. l. 4. §. si quis contemnatur. ff. de re judicat. l. adulter. 5. C. ad L. Jul. de adulter. c. indultum. ibiq; Dyn. de R. J. in 6. tum quia debitor in diem quod debet ante eum diem exigi ab ipso invito nequit l. cum qui 41. §. quotiens. l. 42. l. quoties. 59. ff. de V. O. §. omnis stipulatio. I. eod. l. 44. §. 1 ff. de O. & A.*

XLIII.

Tertiò: Si consentiente vasallo hoc spacium temporis dominus coarctaverit; at expressè actum non sit, quòd vasallus feudo privetur, si intra tale tempus conventum non petierit: at verò intra tempus illud coarctatum ac diminutum vasallus renovationem feudi non impetraverit, nec fidelitatem juraverit, vasallus feudo nequaquam privetur. *a)* licet propter contumaciam æstimationem quidem feudi solvere cogatur, si illud velit retinere. *b)* nisi quoad pœnam privationis ita inter dominum & vasallum expressè conventum sit, eo casu vasallus si contra conventionem venerit, utique feudo privabitur. *c)*

a) tum quia hic major est vis expreßi quàm taciti; tum quia jura publica privatorum placitis non oportet immutari; tum quia quæ in tempore legali locum obtinent, non locum sibi vendicant in tempore convento per l. contumacia ff. de re judicat. Laur. Sylvan: de feud. recognition. q. 17. num: 3. post Andr. de Isern. d. loc. ex qua lege infert, quòd si quis præcepto judicis non obtemperaverit, non privetur reipsa, nisi lex ipsa expreßè hoc dixerit; sed si quis præceptum legis non observaverit, ipso jure reipsa privetur.. b) Isern: Afflict. in d.c.un. quæ temp. mil. investit. pet. debeat. Schrad. p.6.c.2.n.5. c) per vulgata jura: quòd quisq. poßit favori & juri pro se introducto renunciare; & quod pacta sint servanda..

XLIV.

Secus autem est de jure Saxonio, quô dominus indistinctè potest vasallo hoc tempus minuendo & coarctando terminum præfigere, intra quem nisi compareat vasallus, æquè feudo privetur. *a)*

a) Landrecht art. 22. Schrad. d.c.2.6.

XLV.

Quartò: Neque dominus tempus illud invito vasallo prorogare potest; aut secus si fecerit, directo suo dominio jure communi privatur. *a)* Idem obtinet de jure Saxonico, quo si dominus tempus illud prorogaverit, sine justissima caussa jus suum in feudo quidem amittit, non tamen penitùs, sed eousque quoad vivunt Pares Curiæ, quibus præsentibus hæc investitura petita est. *b)*

a) Alvarot. Præposit. Matth. de Afflict. in cap. un. § nulla. per quos fiat investit. & in d. c. un. quo temp. mil. investit. petet. deb. Jacobin. d. S. Georg. in verb. qui quidem invest. n. 40. Schrad. p. 6. c. 2. n. 7. tum quia permitti non debet domino, quod non permittitur ipsi vasallo, siquidem dominus & vasallus ad paria tenentur, c. un. § fin. de form. fidelit. c. un. § 1. de consuetudin. feud. rect. Atqui vasallo tempus illud prorogare integrum non est. E. nec domino; tum etiam quia interesse potest vasalli, ne prorogetur tempus illud, puta ut bonæ fidei possessor prædii feudalis efficiatur & fructus jure percipere possit Bocer. tr. de Investitur. c. ult. n. 9. in fin. b) d. art. 22. Landrecht. Schrad d.c.2.n. 8.

XLVI. Quin-

XLVI.

Quintò: si dominus vasallum intra legitimum tempus renovationem petentem investire malitiosè cunctetur & differat, jus suum in feudo perdit. *a*)

a) *Jacobin. de S. Georg. in d. verbis qui quidem investit. num. 4. Schrad. d. c. 2. n. 7. quia verbum.* ex legibus, *accipiendum est tàm ex legum sententia quàm ex verbis l. nominis 6. §. 1 ff. de V. S. Atqui tali casu mens sive sententia legis feudalis privat dominum feudi jure, si vasallo petenti investituram renuat, hoc ipso quod dominum & vasallum ad pares redigit vices c. un. in fin. de form. fidelit. Ergo dominus directo suo dominio tali casu ipso jure privatur.*

Et hisce hactenus prædicta regula etiam ampliata est; Eadem verò suas etiam recipit limitationes ratione caussarum, quibus vasallus præpeditus justo illo determinato tempore venire non potest & exinde excusatur. Itaque quoties talis aliqua impediens caussa subest justissima, propter quam vasallus ab observatione prædicti temporis excusetur, toties eadem hæc regula nostra limitatur & jus suum perdit; Sed quia peculiari tractatu de his tanquam per contraria procedendo agere liber; Ideoque horum contrariorum sedem ordinariam membrum nonum inferius eligemus.

MEMBRUM SEPTIMUM.

QVO LOCO VASALLUS DEBEAT JURAMENTUM FIDELITATIS CLIENTELARIS DOMINO FEUDI PRÆSTTARE.

XLVII.

De loco quo vasallus investituram petere & consequenter fidelitatem clientelarem jurare debeat, Jurisconsulti Feudistæ ita præcipuè concludunt: Primò; Investituræ petitio loco idoneo & congruo fieri debet. *a*) Ejusmodi autem locus

congruus est, de quo convenit inter dominum & vasallum. *b)*

a) *arg. l. si soluturus. 39. ibi. si inopportuno tempore vel loco. ff. de solution. quod notat gl. in c. cupientes. §. quòd si per viginti in verbo. proposita. de election. in 6. Sylvan. q. 18. n. 1.* b) *arg. t. t. de eo quod cert. loc. petatur. c. un. C. ubi conven qui cert. loc. dar. promis. Bocer. tr. de investit. cap. ult. n. 13.*

XLVIII.

Secundò: Si dominus eo loco, de quo inter ipsum & vasallum convenit, inveniendus non est, non continuò liberum est vasallo desistere ab ulteriori investituræ petitione; sed oportet vasallum adire dominum alio loco idoneo, utpote ubi dominus domicilium habet, aut ubi feudum promissum est. *a)*

a) *arg. l. heres. 18 §. 1. & ult. ff. de judic. & quadrant huc ea, quæ tradit Accurs. ad l. 1. & ibi Donell ff. de eo quod cert. loc. Duaren. ad eund. t. c. 4. Accurs. in l. eum qui. 43. ff. de judic. & in l. si duo. 16. §. 1 ff. de constit. pecun. Bocer. d. c. ult. num. 13.*

XLIX.

Tertiò: Si inter dominum & vasallum de loco investituræ adeoque fidelitatis jurandæ nihil actum est, tunc vasallus debet adire dominum in loco habitationis consuetæ. *a)*

a) *Per ea quæ tradit Martin. Laudens. ad c. un. quo temp. mil. investit. peter. deb. n. 27. Laurent. Sylvan. de recognit. feud. q 18 n. 7. Nam tali casu locus est de substantia, quo certè servanda est forma mandati l. diligenter ff. mandat. c. Pisanis & Lucanis. in verb. liberè. de restit. spol. c. dilecta. de rescript. Et non attenditur locus nisi sit de substantia. c. ubi loca, & c. multi. distinct. 40.*

L.

Quartò: Si dominus in loco habitationis suæ non inveniatur, tunc vasallus quærere, & adire debet dominum in loco ubi sita sunt prædia feudalia, aut ubi feudum est promissum. *a)*

a) *arg. l quod legatur. 38. ubi Br. & alii Dd. ff. de judic. Schneid. § 5. n. 40. Bocer. d. n 13.*

LI. Quin-

LI.

Quintò: Extra hæc dicta loca, ausserhalb Landes/ vasallus dominum sequi non tenetur; nisi dominus sit in loco vicino, quo vasallus sine magno sumtu possit pervenire. a)

a) *arg. l. Mœnia. 13. in fin. ff. de annuis legat. l. sed & hæ. 35. §. 2. ff. de procurator. l. 4. § si tam vicinum ff de damn. infect. Curt. jun. p. 4. feud n 49. Schenck. in cap. un. num. 7. quæ fuit prim. 1 caus. benefic. amittend.*

LII.

Locus autem vicinus ille reputatur, quando de facili potest adiri; id quod arbitrio judicis secundum locorum, temporum & personarum qualitatem committitur judicandum. a)

a) *per l. continuum. §. cùm ita ff. de V. O. Alvarott. in c. un. n. 6. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. c. un. quo temp. mil. investit. peter. deb. Curt. jun. in. 4. p. 4. n. 49. Schneidw. d. n. 40.*

LIII.

Sextò: Si ad loca prædicta vasallus ex caussa accedere non posset: vel quia essent suspecta; vel pestilenti aëre infecta; vel quia eò commeari non posset, quòd iter ab hoste interclusum esset, vasallus esset excusandus si se ad alia loca congrua offerret, vel audiendus esset, si alium peteret locum, ubi fidelitatem domino juraret. a) Immò vel omninò excusandus esset, si ne quidem se obtulisset, & ad fidelitatem præstandam alium locum congruum non petiisset, usque dum illa caussa cessaret, ut infra membro nono disputabitur.

a) *arg. l. usuras 8. C. de solution l. sed. sciendum. 7. l. de ætate 8. ff. ad SC Trebellian. Zas. de feud. cap. 7. n. 4. Boter d tr. de Investit. 6. fin. 13. in fin.*

Corolla-

Corollaria.

I.

Qui eandem rem duobus in ſolidum vendidit, indiſtinctè crimen falſi committit.

II.

Exceptio non numeratæ pecuniæ elapſo biennio à debitore opponi non poteſt.

III.


Si in ſuo foro laicum conveniat clericus coram eodem judice eum rectè reconveniri contra Panormitan. Affir.

IV.

Quia de feudo regulariter non diſponit vaſallus, quæritur an relicti æſtimatio debeatur. Neg.

V.

Imperator Germanico-Romanus Papæ vaſallus non eſt.



DISPUTATIO IV.

De

FORMA JURAMENTI FIDELITATIS CLIENTELARIS DOMINO FEUDI à VASALLO præstandi, ut & de tribus classibus caussarum remorantium vasallum, quò minus ei tempus, fidelitati clientelari jurandæ jure præfinitum, decurrat.

RESPONDENTE

ARNOLDO WALTKENIO Mindano Westphalo.

MEMBRUM OCTAVUM.

QUA FORMA VASALLUS FIDELITATEM CLIENTELAREM DOMINO FEUDI PROmittere & jurare teneatur.

THESIS PRIMA.

FOrma fidelitatis clientelaris jurandæ est externa & accidentalis vel interna & essentialis.

II.

Accidentalia hæc præcipuè à FF. traduntur observanda: 1. Vasallus uti investituram

five primam sive ejus recognitionem petere ita utiq; & fidelitatem jurare debet cum honoris præfatione, competenter, humiliter, devotè & obsequiosè. *a*). 2. Si dominus feudi sit Imp. aut Rex, vasallus etiam genua prosternere, & in terram procumbere debet. *b*) 3. Vasallus investituram petere & ad fidelitatem jurandam se offerre debet instanter & cum diligentia atq; sic nihil ei poterit imputari. *c*).

a) *ut requirunt tex. in c. un. §. quomodo. in quib. caus. feud. amitt. c. un. §. curia. ibi: salva reverentia de milit. vasal. qui cont. est Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti n 39. & 56. Mozz. de substantial. feudor. n. 61. Zas. p. 7. n. 13. Schneid. p. 5. n. 57. & seq. Schrad p. 6. c. 1. n. 19. Et verba illa: Salva reverentia petere, pro moderatè & devotè affari interpretantur FF. in modum ut Impp. Diocletian. & Maximian. in l si liber. 9. in fin. C de condict. ob causs. & in l. cum affirmes. 8. in fin. C. de liberal. causs.* b) *consulente Gravett. consil. 517. n. 4. quem sequitur Schrad. p. 6. c. 1 n. 9.* c) *l. 2. §. fin. si quis caution. l. arbiter. ff. de recept. arbitr. c. un: §. fin. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. Sylvan. q. 92. Schrad. p. 6. c. 3. n. 8. cum allegat. quàm plurimis.*

LII.

De Jure Saxonico & accidentalia & essentialia conjunctim tali concepta formula requiruntur art. 21. Lehenrecht/ ubi tex. inquit: Nach des Vaters Todt sol der Sohn binnen Jahr vnd Tag zu dem Lehnherren kommen/ vnd sol jhm anbieten seine Ritterdienste vnd Mannhafft mit auffgehobenen vnd zusammen gelegten Händen/ vnd sol für jhm also nahe stehen/ daß er jhn erreichen kan/ ob der Herre stehet: sitzet er aber/ so sol er sich tieff neigen/ oder für jhm niederknien/ vnd also sprechen: Herre/ Ich sinne vnd bitte von euch meine Lehen vnd Gütere/ die ich mit Rechte an mich gebracht habe/ vnd biete euch darumb meine Mannhafft vnd Ritterdienste zum ersten/ zum andern/ vnd zum drittenmal/ vnd bitte es ewre Manne so allhiero stehen/ zu bezeugen. *a*).

a) *Sed hodiè jure Saxonico hæc formula iisdem totidemq; conceptis verbis non adeò strictè servatur, nec dominus facilè ad se aditum vel accessum præbet; sed saltem à Consiliariis, petitione tamen ad dominum directa,*

directa, investiturarum renovatio petitur, & fidelitas iisdem domini nomine juratur.

IV.

Circa essentialia verò & interna fidelitatis jurandæ eadem sunt observanda, quæ aliàs jure civili in negotiis attenduntur, tum ut principaliter sequamur id, quod specialiter actum est; tum si nihil specialiter actum sit, id sequamur quod in regione, in qua actum est, consuetudine, statuto, vel observantia speciali receptum est; tum hisce deficientibus juris civilis communis dispositioni inhærendum est. a) Primò itaque perspiciendum hîc est, anne sit specialis conventio sive pactum inter dominum & vasallum interpositum de forma quâ fidelitas sit facienda, & si est, tunc certè tale pactum servandum est. b) Nisi talis conventio fuerit contra substantiam feudi, vel contra juris prohibitionem. c) Deindè si tale pactum deficit, circumspiciendum, anne eo loci, quo dominus & vasallus agunt, sit specialis quædam observantia in fidelitate clientelari juranda recepta, cui, si est, in defectum specialis conventionis domini & vasalli conformiter agendum est. d) Denique si & talis specialis loci consuetudo vel observantia fidelitatis jurandæ deficit, vasallus eâ eam juret formâ, quam commune feudorum jus communiter receptum præscribit. e).

a) *l. semper. 34. ff. de R. J. l. de quibus. 32. ff. de ll. Bocer. tr. de investit. c. 4. n. 20 quæ quia jure feudorum mutata non sunt, cur stare prohibeantur? c. un. §. strenuus de feud. cognit. c. un. §. ult. ibi: pactum speciale contra feudi consuetudinem, quid sit investitur.* b) *d. c. un. §. pen. & ult. quid sit investit.* c) *l. 1. §. si convenit. 6. ff. deposit. l. contractus. 23. §. sed hæc ita. ff. de R. J. l. 7 §. ait prætor. ff. de pact. juncto d. § pen. & ult. c. un. quid sit investit. Vult. libr. 1. c. 7. n. 40. vers. quod si de eo. Bocer. tr. de investit. cap. 4. n. 20. vers. quocirca.* d) *d. c. un. de feud. cognit. d. l. semper. 34. de R. J. Zas. p. 7. n. 16. Schenck. Baro ad c. un. de nov. form. fidelitat. Schrad p. 6. cap. 4. n. 2. & seq. Bocer. d. n. 20. vers. quòd si* e) *d. c. un. ubi Schenck. Baro. n. 2. vers. qui cessante. de nov. form. fidelitat. Bocer. d. n. 20. vers. sed nec.*

V.

Forma autem fidelitatis clientelaris jurandæ jure feudo-

tum communi præscripta hæc sex in specie requirit juratò exprimenda: 1. incolume; 2. tutum; 3. honestum; 4. utile; 5. facile; 6. possibile.

VI.

Incolumitatem domino jurat vasallus quoad ipsius corpus & personam duplici affectu; tum quoad se, utpote quod velit ab omni conatu, ab omni facto, consilio & auxilio; quo domini corpus & persona, quacunq; ratione lædi posset, abstinere; tum quoad alium aliquem tertium, puta quòd velit pro virili præcavere, ne quis alius domini corpus vel personam quocunque modo lædat, aut damnum ei inferat. *a)* Hinc consectarium est: 1. quòd si vasallus dominum feudi à morte liberare potuerit, & non fecerit, ut in dominum suum infidelis feudo suo privetur. *b)* 2. quòd si vasallus dominum suum in pugna dimiserit & cum eo instanter non laboraverit, feudo suo privetur. *c)*

a) c. un. ibi: ne sit in damno domino suo de corpore suo de nov. form. fidelit. c. un. ibi: nunquam scienter ero in Consilio vel in facto, quod tu amittas vitam vel membrum aliquod, vel tu recipias in persona aliquam læsionem. Item ibi: & si scivero vel audivero de aliquo qui velit aliquod istorum contra te facere, pro posse meo ut non fiat impedimentum præstabo. t. de nov. form. fidelit. b) *c. un. §. fin. de alienat. feud. patern.* c) *c. un. §. fin. de feud. sin. culp. non amitt. c. un. §. item qui dominum, quæ fuit prim. caus. benefic. amitt.*

VII.

Tutum sive securitas, quam vasallus domino suo feudi juret, iterum duo comprehendit: 1. ut ne vasallus domino suo sit in damno de secreto suo. *a)* 2. ne vasallus domino suo damno sit de munitionibus suis, per quas tutus esse posset. *b)*. Ex hisce consectarium est: 1. quod si vasallus domini credentiam, id est, arcanum fidei suæ commissum scienter manifestaverit, amittat feudum. *c)*. 2. quòd si tamen vasallus ex hoc capite feudum amittat, duo conjunctim & necessariò requirantur: animus scilicet vasalli fraudulentus; & domini damnum. *d)* 3. Ergò si ex tali relatione domino damnum nullum irrogatur feudi jactura vasalli inde non subsistit. *e)*. 4. Nec tamen stolida

stolida & crassa imprudentia vasalli in revelatione secretorum domini eundem vasallum excusat. *f*).

a) *c. un. de form. fidelit. id est, ne secreta domini sui Consilia sibi commissa atq; concredita alieni aperiat vel revelet; praeterquam ubi è re domini id fore animadverterit: c. un ibi: & si aliquid mihi de secreto manifestaveris, illud sine tua licentia nemini pandam vel per quod pandatur, faciam. t. de nov. form. fidelit.* b) *d. c. un. de form. fidelit. id est, ne vasallus domino suo in munitionibus ipsius ullam molestiam vel ipsi creet, vel ab alio creari sinat c. un. §. similiter. quib. mod. feud. amitt. Bocer tr. de jur. domin. c. 1. n. 15. & seq vel amplius: ne ipse vasallus vel hostibus domini signum det, vel dux exercitus à domino feudi creatus hostibus in bello cedat arcẽ domini tradat, castra concedat, aut exercitium hostibus prodat; sed munitiones & castra domini pro viribus defendat, aut in defendendis illis dominum pro virili juvet Schrad. p. 6. cap. 6. n. 99 per l. 1. & 3 ff. ad L. Jul. Majestat. post Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investit. n. 20.* c) *d. c. un. quib mod feud. amitt. Siquidem & perjurus sit secundum praedicta.* d) *tum quia ob solam secreti manifestationem absq; dolo factam vasallus feudum non amittit d. c. un. ibi: scienter manifestaverit. ubi gl. & Alvarot. quib. mod feud. amitt. tum quia maleficia, voluntas & propositum delinquentis distinguit l. qui injuria. 53. ff. de furt. tum quia crimen tunc contrahitur, si & voluntas nocentis intercedat l. 1. C. ad L. Cornel de Sicar. l. nec exemplum, 20 C. ad L. Cornel. de fals. l. fraudis. 79 ff. de R. J.* e) *d. c. un. ibi: ad eorum damnum. ubi Schenck Baro. quib. mod feud. amitt. & d. c. un. vers. ego juro, in verbis. pandam alij ad ejus detrimentum t. qua l. jur. deb. vasal. domin. fidelit. Bocer. d. tr. de jur. domin. in feud. cap. 1. n. 14.* f) *Jacob. de Belvis. & Alvarott. in d. c. un. quib mod. feud. amitt Bocer. d. c. 1. num. 13.*

VIII.

Honestum quod domino feudi vasallus juret, haec duo complectitur: I. Ne vasallus domino sit in damno de sua justitia: *a*) quid hic loci intelligendum sit per justitiae damnum obscurum esse notat Bocer. *b*) & concludit quod damnum justitiae à domino feudi vasallo illatum sit, si vasallus circa ipsam justiciam domini, vel non conservasse vel contemsisse honestatem domini deprehensus fuerit, atque inde damnum hoc ordine

propullulet: 1. Si quando contemnit vasallus justiciam domini; 2. tunc hoc ipso contemtu domino damnum affert; 3. hoc per contemtum damno illato domini honestatem lædit. *c*). Hoc damnum justiciæ domino à vasallo illatum utrisq; infidelitatem vasalli arguit, & domini honestatem lædit, & justam caussam privationis & jacturæ feudi vasalli sustinet & importat *d*). 2. Honestum requirit ne domino suo vasallus sit in damno de aliis caussis, quæ ad honestatem ejus pertinere videantur. *e*). Et talis læsio quælibet honestatis domini in vasallo justa caussa est feudi privationis. *f*).

a) *c. un. de form. fidelit.* b) *d. t. 1. n. 18.* c) *Exempla ejuscemodi damni justiciæ domino per vasallum illati sunt, quando vasallus in caussa domini judex constitutus 1. aut planè non administrat justiciam domino; 2. aut justiciæ administrationem æquo diutius producit; 3. aut manifestè domino justiciam denegat; 4. aut iniquè vel dolosè contra dominum pronunciat; 5. aut in caussa domini fidejussores idoneos nō admittit, cum eos admittere debuerit; 6. aut domini exceptiones justas rejecit; 7. aut testes à domino productos vel non admittit, vel examinare recusat, vel ad testimonii dictionem non compellit Schenck Baro ad c. un. de form fidelit. Schrad. p. 6. c. 6. n. 100. Rosenth. cap. 10. concl. 24. n. 5. & seqq. & post hos Boter. tr. de jur. domini in feud. cap. 1. n 19 & 20* d) *c. un §. illud tamen, quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. & latius de hoc agit Schrad p. 9 cap. 7. & Rosenth. d. c. 10. concl. 24.* e) *d. c. un de form fidelitat. id est, ne quid vasallus committat, quod existimationem, statum & dignitatem domini lædere & imminuere possit; neque patiatur ut quid quoquo modo in domini contumeliam atque injuriam redundet; sed potius quantum in se est eum honorem domini quovis modo adaugere & tueri studeat c. un. ibi: vel quod recipias in persona aliquam læsionem vel injuriam vel contumeliam, vel quod tu amittas aliquem honorem, quem nunc habes aut in antea habebis. Item circa sin & nunquam ex persona mea faciam aliquid scienter, quod pertineat ad tuam & tuorum injuriam vel contumeliam d. c. un. de nov. form. fidelit.* f) *uti exempla sunt in c. un §. item si fidelis. quib. mod. feud. amitt. puta si fidelis cucurbitaverit dominum, id est, cum uxore ejus concubuerit, vel concumbere se exercuerit, aut cum ea turpiter luserit;*

rit; vel si cum filia aut nepte ex filio aut cum nupta filio, aut cum sorore domini, cum eo habitante, concubuerit, jure feudum amittere censetur; de quibus suo loco plenè tractandum erit.

IX.

Utile jurat domino suo feudi vasallus: ne sit ei in damno de suis possessionibus. *a*). Id quod etiam duo continet: tum ne vasallus ipse in sua persona damnum aliquod domini bonis inferat *b*); tum ne iis ab aliis damnum inferri patiatur; sed domino in iisdem vel retinendis, vel augendis, vel recuperandis, vel honestè acquirendis omne auxilium & consilium præbeat, *c*). Hinc consectarium est: 1. quod vasallus feudo suo privetur si vel ipse domino suo feudi grandem patrimonii jacturam intulerit. *d*); 2. quod feudo privetur si vel intelligat ipsius domini patrimonio grandem ab alio imminere jacturam, id verò non impediverit vel domino nunciare intermiserit. *e*).

a) *c. un. de form. fidelit.* b) *Nam voce possessionis quævis res domini significatur Alvar. in pr. Laudens. n. 13. Præposit. n. 1. Afflict. n. 8. de nov. form. fidelit. Bocer. tr. de jur. domin cap. 1. n. 22.* c) *c. un. ibi; & si contigerit rem aliquam quam habes vel habebis, injustè vel fortuitò casu amittere, eam recuperare juvabo vel recuperatam omni tempore retinere, t. de nov. form. fidelitat.* d) *c. un. §. præterea. vers. aut patrimonij quæ fuit prim. causs. benefic. amitt. Bocer. c. 1. num. 23.* e) *d. c. un. de nova form. fidelit. Jason. in l. in illa stipulatione. num. 3. ff. de V. O. Rosenth. cap. 10. conclus. 17. num. 41. & seqq. Bocer. d. n. 23.*

X.

Facile jurat domino suo feudi vasallus: ne id bonum quod domin⁹ suus facere leviter poterat, faciat ei difficile *a*). Id quod etiam hæc duo continet: tum quòd velit vasallus ipse procurare ut dominus vel sine omni negotio vel tantum levi negotio aut acquirere aut præstare sive expedire quid possit: tum quòd non sinat, ut ad tale quid leviter expediendum per ullum alium unquam impediatur. *b*). Itaq; hinc consectarium est, quòd si vasallus ipse in persona sua, vel ex ejus conniventia & sinendi facilitate alius, artibus suis domino reddat difficile, quod ille

sine-

ſine ullo vel tantummodò levi negotio adipiſci & efficere potuiſſet, vaſallus inde feudo ſuo privetur. c) Id quod in hiſce modis exemplo eſt: 1. ſi vaſallus vel, quia vaſallus ſinit, alius domino feudi honores petenti ambitioſos competitores ſubornet, aut clancularia obtrectatione proclivem Principis voluntatem remoretur, vaſallus facile domino reddit difficile, adeoq; feudum amittit. d) 2. Si dominus feudi abſque magno labore & ſumtu filios ſuos promovere poſſet vel ad militarem præfecturam, vel Imp. vel alterius Principis conſiliariatum, & vaſallus vel voluntate ejus alius domino impedimento eſt, ut minus facilè id peragere poſſit, vaſallus feudo privetur. e). 3. Si dominus tranſiens rerum ſuarum agendarum cauſſa per fundum feudalem faciliùs negotia ſua in commodo hoſpitio expedire poſſit, atque tunc ipſum hoſpitio excipere vaſallus recuſet, eique victualia, cibum & potum pro pretio à domino oblato præbere omninò nolit, vaſallus feudo ſuo privandus erit. f). 4. Vaſallus ex hoc capite, de facili, feudum amittit, ſi quando jus exigendi vectigal in feudum accepit, publicano ſuo indulget, ut is a domino feudi invito per loca vectigalia tranſeunte, vel res ſuas vehente aut vehi curante vectigal exigat. g).

a) *c. un. de form. fidelitat.* b) *arg. à pari eorum quæ prædicta ſunt ex d. c. un. de nov. form. fidelit.* c) *c. un. verſ. ſed quia. de form. fidelit. in verb. ſi beneficio vult dignus videri ſcilicet vaſallus. Et in verb. non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt, id eſt, quamvis vaſallus ipſe dominum non impediat, ſi tamen connivet, ne fiat domino quod bonum eſt, id eſt, ut etiam per alium res ejus aliàs facilis expeditionis impediantur, feudum amittit.* d) *Schenck. Baro. ad c. un. verſ. de quinto ſcilicet facili. Bocer. tr. de jur. domin. cap. 1. n. 26.* e) *Bocer. d. c. 1. n. 27.* f) *Joh. Andr. in addition. ad Speculator. §. quoniam. verſ. ſi quis id. t. de feud. Bl. in l. obſervare. 4 in pr. ff. de offic. Proconſul. Andr. de Iſern. ad c. un. quæ ſint regalia. Matth. de Afflict. deciſion. Neapolitan. 265. n. 11. Schrad. p. 6. cap. 6. n. 123. quos refert & ſequitur Bocer. d. c. 1. n. 28.* g) *Nam qui jus exigendi vectigal alij concedit, ipſemet cogi non poteſt, ut vectigal ſolvat eo loci, in quo jus illud in aliū transtulit. Bt. in l. locatio. 9. §. fiſcus ff. de publican. Bl. in l. emtor. 5. C. de heredit. vel action. vendit.*

dit. Jason. in l. 1. §. si usufructus. n. 3. ff. de oper. nov. nunciat Schrad. p. 6. cap. 6. n. 124. Boier. d. c. 1. n. 29. & 30.

XI.

Possibile jurat domino feudi vasallus: ne id quod possibile domino erat, faciat ei impossibile. *a*). Id quod etiam hæcce duo comprehendit: tum quòd vasallus possibilitatem domini ita procurare velit, ut nullus omninò domini conatus, resque desideratas possibiles interturbet, neque strophis suis justa ejus vota possibilitate fraudet; tum si videat alium aliquem id moliri, quòd nolit ei illud concedere; sed velit modo quolibet possibile domini quodlibet contra alium quemlibet turbantem omnibus modis sedulò ac gnaviter promovere. *b*). Hinc consectarium est: quando vasallus per se, vel voluntate sua per alium, possibile domino quod est, reddit ei impossibile, quòd contra fidelitatem promissam agat, & feudo suo privetur. *c*). Exempla hujus sunt: 1. Si dominus feudi potuit elocare filiam suam viro prænobili & præclarę familiæ, vasallus autem ut matrimonium illud impediret, illam domini filiam malis moribus imbutam esse in vulgus sparsit; vel si præsens & audiens alium illam domini filiam quasi propter malos mores perstringentem non redarguit, vel inaudiens scommata ab alio contra illam filiam effusa non ut falsa refutat, domino ex hoc capite, possibili jurato, infidelis est, & ex hac caussa perfidiæ feudo privatur. *d*). 2. Si vasallus Consiliis suis dominum perducit ad ea, quæ ipsi explicatu sunt impossibilia, vel si dum alius hoc faciat, illud sibi perplacere sinit; ex hoc eodem capite peccat, & feudo privetur. *e*).

a) *d. c. un. de form. fidelit.* b) *arg. à pari prædictorum ex c. un. de nov. form. fidelitat.* c) *d. c. un. de nov. form. fidelit. ibi: ut fidelis hæc documenta caveat, justum est.* d) *Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investit. n. 20. Schrad. p. 6. c. 6. n. 121. Bocer. d. c. 1. n. 33. Nam aliàs detrahentes bonis viris maximè sunt detestandi, atq; ex crimine stellionatus accusari & arbitraria pœna affici possunt l. 3. §. item si quis. ubi gl. ff. de crimin. stellionat. Schrad. d. c. 6. n. 122.* e) *Matth. de Afflict. in c. un. n. 12. de form. fidelit. Schrad. d. c. 6. n. 122. vers. similiter. Bocer. d. c. 1. n. 34.*

XII.

Et hæc hactenus fuerunt sex capitula formæ fidelitatis clientelaris jurandæ juxta præscriptū juris feudorum communis. Secundum hæc sex capitula vulgatum est illud Dd. assertū: quod, præstito juramento simpliciter, nec expresso quid juratum sit, omnia quæ in veteri & nova fidelitatis forma scripta sunt, censeantur esse expressa, & jurantem ad ea se alligasse. a).

a) *Decius consil. 19. n. 200 vol. 3. Nam juramentum fidelitatis à vasallo in genere præstitum sufficiens est de jure, & in se continet integram & perfectam fidelitatem sine alia adjectione ut dicit Raven. in pr. c. un. de nov. form. fidelit. & ibi Schenck. Baro. n. 5. Speculat. de feud. § quoniam super homagijs. vers. & nota quod vasallus. n. 67. & 70. Jacob. de S. Georg. de homag. in fin. n. 43. Vult. libr. 1. feud. cap. 7. n. 40. §. sunt autem sex versic. hinc est.*

XIII.

Ex hoc ipso iterum quasi per manus traditum est, a) quòd vasallus ratione juramenti à se præstiti domino non sit obligatus ad alia, quàm quæ in juramento expressè fuerunt promissa, & quæ verba juramenti ambitu suo comprehendunt. a).

a) *ut dicit. Hart. Pistor. libr. 3. q. 25. n. 6. & post eum Vultei. d. §. sunt autem sex. vers. hinc est.*

XIV.

Porrò quia forma juramenti fidelitatis clientelaris in consuetudinibus feudalibus vel triplex proponitur a) inde utiq; cōstat non fuisse juramenti fidelitatis clientelaris formam omni tempore eandem; neq; etiam eandem eodē tempore ab omnibus promiscuè vasallis præstari solitam; sed vel ratione personæ dominorum, vel ratione personæ vasallorum, vel etiā ex natura & conditione feudi, vel etiā pro ratione loci consuetudinis specialis fuisse variam b). Itaq; nihil novi est, quòd & hodiè forma fidelitatis clientelaris jurandæ in usu & observatione reperiatur alia atq; alia à tribus illis formulis, quæ jure nostro feudorum communi sunt præscriptæ. c).

a) *utpote in c. un. qualit. jur. deb. vas. domin fidelit. c. un. de form. fidelit. c. un de nov. form fidelit.* b). *Vult. d. c. 7. n. 40.* c) *Hodie igitur nostris moribus in investitura talis forma juramēti fidelitatis solet adhiberi:* Ich schwere dem N. N. seiner Gnaden / vnd derselben Leibes Lehns-Erben/

Erben/auch dero Fürstenthumb vnd Landen/ oder Graff- vnd Herrschafften/Frommen/ Ehr vnd Nutz zu fördern/ Schaden zu wenden vnd warnen/ nach meinem höchsten Vermögen/ vnd sonderlich wo ich erführe/ daß Ihrer Gnaden etwas an Leib/ Ehr/ Würden vnnd Stande/vnd zuentgegen Ihrer Herrschafften/Landen vnd Leuten zur Abbrechung von jemand wolte fürgenommen werden / dasselbe seiner Gnaden zu offenbaren/vnd mit höchstem Fleis zu verhüten/auch sonst getrew/gewertig (*NB. ad differentiam homagij ubi*, gehorsam/*ut suo loco inferius tradatur*) vnd hold zuseyn/ zu dienen vnd alles anders zu thun/ halten vnd lassen was einem frommen / getrewen Lehnmann gegen seinem Lehnherren nach Gewonheit vnd Rechtswegen zu thun gebühret/ als mir Gott helffe vnd sein göttliches Wort. *Schneid. p. 5. n. 79. Et aliam formulam recitat Vultei. d. c 7. n. 40. §. sunt autem sex. vers. hodie. Et iterum aliam Bocer. tr. de investit. cap. 4. n. 20. post alios Dd. quamplurimos citatos.*

XV.

Sed quia alia atq; alia est feudorum conditio, nec servitia omnia generis sunt unius, ideoq; Principum aliorumq; dominorum Consiliarii solent pro conditione feudi vasallis peculiarem juramenti formam præscribere. *a*).

a) *id quod ut fiat suadet Hottoman. in disput. de feud. cap. 24. p. 134. & post eum Bocer. d. cap. 4. n. 21.*

XVI.

Quòd si verò Consiliarii ejusmodi peculiarem vasallis formam præscribere velint, providè & cautè ipsis agendum, ne forma illa nimis sit generalis. *a*).

a) *Etenim nimia generalitas censetur captiosa l. ult. C. de pact. convent. l. cum Aquiliana. 5. ff. de transact. Ideoq; juramentum fidelitatis nimis generale nō cogitur vasallus domino suo præstare Bl. in c. un. §. nulla, n 4. per quos fiat investitur. Bocer. d. c. 4. n. 21. vers. verum hic cavendum.*

XVII.

Item si Principum vel aliorum dominorum Consiliarii pro conditione & natura feudi vasallis juramenti fidelitatis vasallitica præstandi formam præscribere volunt, tunc in primis cauti sint, cùm de renovatione investituræ agitur, ne insolita fidelitatis jurandæ formæ inserant. *a*).

P 2 a) *Nam l.*

a) Nam I. juramenta insolita præsumuntur contra antiquam consuetudinem impressiva, & per vim vel metum extorta secundum Bl. in c. un. n. 1. ubi se ita consuluisse notat. qual. jur. deb. vas. domin. fidelit. & ibidem Petr. Raven vers. & nota quod consulendo. Alvarot. n. 2. Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investiri. n. 2. Schneid. p. 5. n. 80. Borch. cap. 7. n. 39. Si modò alia conjectura metus sive vis concurrat. Laudens. in d. c. un. n. 4 qual. jur. deb. vas. dom. fid. arg. l. si quis sub conditione. 7. ubi gl. ff. de condition. institut. Bocer. d. n. 21. vers. similiter. II. quia omne negotium actumq; omnem insolitæ clausula suspectum reddunt can. quisquis. distinct. 41. Bl. in d. l. si quis sub condition. 7. & alii plures à Bocer. d. loc. citati. III. quia vasallus formulam juramenti fidelitatis clausulis insolitis refertam potest recusare Laud. in d. c. un n. 2. & 3. qual. jur. vas. deb. Borch. cap. 7. n. 39. Vult. cap. 7. n. 40. vers. debet autem juramentum. Etenim domino integrum non est in renovatione investituræ mutare fidelitatis formam secundum Dd. quos post Tiraquellum sequitur Bocer. d. loco.

MEMBRUM NONUM.

DE CONTRARIIS, PUTA DE IIS CASIBUS, QUIBUS VASALLUS OB CAUSSAS SINGULARES ET inevitabiliter impedientes cogi sub pœna privationis feudi non debeat, ut domino juret fidelitatem, adeoq; usq; dum earum una aliqua vel aliquot, quâ vel quibus impeditus est, cessaverint, se possit excusare.

XVIII.

Ex superius membro sexto de tempore traditis potest hæc extrui regula generalis: quòd in feudo novo vasallus modò primitùs abusivè investitus habeat annum adhuc; in feudo verò antiquo mortuo antecessore domino vel vasallo, si vasallus paganus est, habeat annum & diem; Si miles est, habeat annum & mensem ad fidelitatem domino jurandam. *a*).

a) Primum hujus r. membrum *fundatur expr. tex. c. un de vasal. milit. qui contumax est. Et quòd vasallus modò primitùs investitus in feudo novo habeat annum ad fidelitatem jurandam dicimus ad differentiam successoris. Nam dum primus vasallus investitus est, feudum*

feudum novum est, ut feudi novi investitura adeoq; novitas feudi præcisè in primo vasallo terminetur; at in momento quamprimum primo illi vasallo mortuo, licet fidelitatem non jurarit, alius succedit, feudum illud idem incipit esse vetus, & successor talis, ut ad feudum recognoscendum ita & ad fidelitatem jurandam habet annum & diem vel respectivè annum & mensem. Nam factū vasalli prædecessoris nihil habet commune cum facto successoris, ut qui jure primi concedentis & primi acquirentis sibi pacto & lege feudali quæsito succedit, adeoq; ex propria sua persona succedit, ut inferius sub classe 1. caussa 21. contra distinctionem Dd. inter feudum novum & antiquum in ratione nostra 2. 3. 4. 6. & 7. de hoc solidè disputabimus. E. annus ille primum tantum investitum vasallum præcisè concernit; ad primum ejus successorem nequaquam pertinet, & licet primus ille vasallus jam mortuus intra annum fidelitatem non jurarit, illum tamen annum tantùm non continuet successor, quamvis omnium primus, sed ipsi ut in quolibet feudo antiquo annus & dies vel respectivè annus & mensis redintegretur. Idem juditium est per eadem jura, si domino primo mortuo alius dominus successit, & tunc statim feudum incipit esse vetus. Secundum regulæ membrum *de feudo antiquo vasalli pagani*: ut & tertium *de vasallo milite satis supra membro sexto jure corroboratum est, ac proinde r. illa in jure solidè fundata perstat.*

XIX.

Ut autem regula hæc nostra per superius membro sexto tradita potest ampliari: Ita eadem hic loci per contraria eundo potest limitari ratione caussarum quibus vasallus impeditus in feudo novo intra annum se non obtulit domino ad fidelitatem jurandam: vel in feudo antiquo paganus intra annum & diem, aut miles intra annum & mensem ad investituram renovandam & fidelitatem jurandam domino præstò non fuit. Illas autem caussas ad hasce tres classes revocabimus, ut primò ex persona ipsius vasalli; secundò ex persona domini; tertiò extra utriusque personam considerentur, ut pateant hujus r. nostræ limitationes.

CLASSIS PRIMA.

CONTINENS CAUSSAS, QVÆ EX PERSONA vasalli respectivè impedimentum ipsi vasallo pariunt, eoq; regulæ prædictæ exceptiones & limitationes.

XX.

1. Caussa est ignorantia vasalli justa; Si namque vasallus ignoraverit rem, cujus respectu investitura petitur esse feudalem, tunc ei tempus ordinariè debitum ad fidelitatem jurandam non currit. *a*). Itemque si vasallus ignoravit casum investituræ petendæ evenisse, puta dominum mortuum esse; vel si successor vasalli rem feudalem esse probabiliter ignoret, tunc vasallo vel successori tempus præfinitum currere non incipit, nisi ex eo tempore quo casum talem cognovit. *b*). 2. caussa est hereditas nondum adita: vel nondum cepta pro vasallo gestio; si namque hereditas nondum est adita à vasallo, puta in iis feudis quæ omissa hereditate acquiri nequeunt, ut à filio feudum hereditarium; Itemque si loco hereditatis aditionis vasallus se pro vasallo nondum gerere cepit in feudo ex pacto & providentia, tempus illud vasallo non currit; sed tum demum quando vel incepit adire vel quando se gerere cœpit, tempus incipit labi. *c*).

a) *Alvarot. præposit. in c. un. qua fuit prim. caus. benefic. amitt. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti n 41. Curt. Jun. p. 4. n. 54. arg. c. un. §. si vasallus. si de feud. defunct. cont. c. un. de controvers. inter domin. & emtor. feud.* b) *c. un. in fin. & ibi Dd. de vasal. qui contr. constit. Lothar. feud. alienav. arg. l. fin. ff. de hered. Instit. t. t. ff. & C. de jur. & fact. ignor. Curt. Jun. p. 4. n. 56. Sylvan. q. 65. & seqq.* c) *c. un. an agnat. vel fil. possit retin. feud. repud. hered. pater. c. un. §. filius. t. de Capitan. qui cur. vendid. Curt. d. n. 56. Clar. §. feudum. q. 49. n. 3. Schrad. p. 6. c. 2. n. 17.*

XXI.

3. est morbus sonticus; si enim propter morbum vasallus decumbat annus in feudo novo fidelitati jurandæ; vel in feudo an-

do antiquo annus & dies, vel respectivè annus & mensis investituræ renovandę & fidelitati jurandę deputatus ei nō currit. *a*). 4. est incarceratio vel captivitas vasalli. *b*). Immò licet culpa sua in vincula vel carcerem, vel custodiā vasallus fuerit conjectus, tempus illud debitum ei utne currat nihilominus excusatur. *c*). 5. est Infantia; Nam si vasallus est infans ut nec investituram petere nec repetere, nec ullo tempore fidelitatem præstare potest, ita multò minus tempus ullius feudaliciæ fidelitatis jurandæ ipsi præterlabi potest. *d*). Ampliatur hoc quamvis tutor vel curator nomine infantis furiosi vel mentè capti investituram renovare possit. *e*); attamen prædictum tempus investituræ petendæ infanti furioso vel dementi non currit, ut propterea si tutor vel curator investituram non renovaverit, infans, furiosus, vel mente captus feudo non privetur. *f*).

a) *arg. l. contumacis 53. §. pœnam. 2. l. quæsitum. 60. ff. de re judicat l. 2. §. 3. in fin. ff. si quis caution. in judic. Sonsbec. p. 11. n. 20. Schrad. p. 6. cap. 2. n. 42. Vultei. cap. 7. n. 80.* b) *c. un in pr. ubi Præposit vers. puta quia vasallus etiam culpa sua fuit incarceratus. t. quo temp. mil. investit. arg. c. significante extr. de pignor. Nam qui feudo cadat, sit in dolo vel contumacia c. un §. fin. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. c. un. quo temp. mil. investit. peter. deb. Atqui incarceratus non est in dolo nec contumacia, quia in sua potestate non est, sed à judice præpeditus hæret. d. l. contumacia. 53. §. pœnam ff. de re judicat. l. sed etsi. 23. ff. de usur. l. item succurritur. 9. l. 10. in fin. ff. ex quib caus. major Sylvan. q. 77. per tot.* c) *Nam culpa talis non inferebat ad hoc, ut investituram non repeteret, & fidelitatem non præstaret; sed ad aliud ait Laurent. Sylvan. d. q. 77. in fin. per tex in l. 2. §. antepenult. ff si quis caution l. in omnibus. 40. ubi gl. ff. de R. J. facit c. quia diversitatem 5. extr. de concess. prebend. & arg. c. concupiscentia. 8. cum c. seq. C. 15. q. 1. l. verum 39. l. qui injuria. 53. in pr. ff. de furt. l. sed & hi. 13. §. quid tamen. ff. de Publican & vectigal. Schrad. d. c. 2. n. 62. Vult. c. 7. n. 78. Gothofred Anton. disp. feud. 8. th. 5. lit. a.* d) *c. un. per verbum: infantia. quo tempor. mil. investit. peter. deb. & facit quod infans furioso comparetur §. pupillus. 9. I. de inutil stipulation. quòd nullum intellectum habeat §. 10. quod furiosus nullum negotium gerere possit, quia non intelligit quod agit. §. furiosus. 8. I. eod. Quod itaque*

per se nullum est, nullum initium habet, id tractu temporis non convalesceto aut ad decursum debiti temporis regulabitur. c) Zas. p. 5. n. 65. arg. c. un. §. si quis decesserit. t. si de feudo defunct. cont. sit arg. l. in negotijs. 5. ff. de R. J. §. pupillus. 9. cum seq. I. de inutil. stipulat. f). per d. c. un. in pr. quo tempor. mil. investit. peter. deb. ubi caussa infantiæ adhuc attenditur, quam tutor suo officio neglecto non aufferet; infans manet infans utut tutor ei adsit vel desit. Deinde facit hæc ratio: Tutor non cogitur investituram renovare; sed sponte sua potest; E. si non fecerit id quod liberè potuit, ut ipse tutor non est puniendus, quia coactus non est, ita multò minus infans furiosus mente captus privatione feudi punietur. Insuper posito quod horum tutor jure cogeretur feudum pro ipsis recognoscere, & tamen non recognovisset, certè infans furiosus mente captus non esset, propterea privatione feudi puniendus; sed tutor ob dolum vel culpam suam puniendus esset; vel si tale aliquod malum infanti ac cæteris attersitum esset, daretur ei in integrum restitutio arg. c. un. §. si minori. si de feud. defunct. content. sit. arg. l. ait prætor. 7. cum similibus. ff. de minor. Etenim eo ipso quòd investituram tutor non petijt, infans &c. læsus est; E. restituendus est.

XXII.

6. Caussa, est Impubertas sive pupillaris ætas. Si enim vasallus est impubes vel pupillus tempus anni in novo feudo fidelitati promittendæ indultum; & anni & diei vel anni & mensis recognitioni & fidelitati jurandæ in feudo antiquo præfinitum ipsi non currit. *a*). Ampliatur hoc: 1. sive impubes ille sit infantiæ sive pubertati proximus. *b*). 2. sive impubes sit masculus sive fœmina, id est, sive sit pupillus sive pupilla. Ideoque pupillæ statim post annum duodecimum tempus investituræ renovandæ non cedit; sed demum post annum decimum quartum completum jure communi; & post annum 13. & sex septimanas jure Saxonico, perinde ut masculo. *c*). 3. sive impubes tutorem habeat sine non habeat, attamen tempus illud debitum ipsi non currit. *d*). 4. sive impubes sit doli capax sive doli non sit capax, nunquam ei tempus illud in investitura renovanda, & multò minus quidem in fidelitate ulla juranda labitur. *e*). Et dicimus quòd impubes sive doli capax sit sive non, multò minus ei terminus temporis debiti in fidelitate ulla

juranda decurrat; Nam de investitura renovativa hoc extra dubium est, quòd si impubes fari possit & intellectum habeat, si velit, ipse feudum recognoscere possit, ut suo loco de feudi renovatione de hoc tractatur; sed secus est, quoad jurandam fidelitatem feudi ullam; Nam etsi pupillus maximè jurare velit, nedum tamen admittendus est; *f)* Tantum abest ut ad jurandum unquam cogi possit. *g)*. Ergò si non permittitur ei jurare unquam, multò minus quam in investituræ recognitione im-... prorsus non necesse est quærere, an jurandæ fidelitatis ratione tempus debitum ipsi currat, quia non entis nullæ sunt qualitates. 5. ampliatur: Quamvis pupillus, qui fari potest & intellectum habet, investituram quidem renovare possit; attamen fidelitatem domino feudi, *eodem etiam consentiente*, præstare non potest. *h)*.

a) *c. un. §. si minori. §. si quis discesserit si de feud. defunct. cont. sit. ubi in §. si minori. verbum. minoris, pro pupillo accipitur Interpret. Cujac libr. 4 feudor. t. 13. in pr. quem sequitur Octavius Bammachar. in eodem hoc §. si minori. & probatur per §. seq. si quis decesserit; quoad orationis & argumenti contextum, & per §. præterea si quis infeudatus. de prohibit. feud. alienat. per Frider. arg. à contrario sensu. c. un. quæ fuit prim. causs. benefic. amitt. Curt. p. 4. n. 45. Mozz. cap. 5. feud. n. 43. Schrader. p. 6. cap. 2 n. 25. Schoner. libr. 1. disput. 5, th. 125. lit. a.*

b) *d. c. un. § si minori. & §. si decesserit. si de feud. defunct. cont. c. un. § præterea si quis infeudatus. ubi Dd. de prohibit. feud alienat. per Frider. ubi textus generaliter & indistinctè impuberem nominat. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti n. 26. Curt. Schrad. d. loc. Etenim licet pupillus ex quo fari potest & intellectum habet investituram renovari petere sibi possit d. c. un. §. si minori. de feud. defunct. cont. sit. ibi: donec venerit in majorem &c ubi particula:* donec, *est implicativa casus unius. & segregativa alterius. Implicat namq; casum non jurabilem suspensivum usq; ad ætatem majorem, separat verò præsupponendo casum investituræ renovativæ, ut quæ quidem sit facta; sed ei fidelitas juratò non connexa q. d. investitura est quidem renovata per impuberem; sed non statim debet fidelitatem jurare. Consimile exemplum est in c. un. de eo qui sibi & hered. suis &c. ibi: donec masculus superest, ubi ponitur casus, quòd masculus jam superstes sit; seponit inde illum casum, quòd fæ-*

minæ interea non succedant; & asserit Sylvan. q. 54. & seq. Zas. p. 5. n. 66. Vultei. cap. 7. n. 64. vers. quod autem; & alibi hoc traditur. Non tamen ad hoc cogitur ipso jure: *Immò licet investituram repetere possit, attamen jurare non potest nec debet; E tempus ad hæc præfinitum unà observare non cogitur. E ei non currit. c) Illud enim est justum tempus pubertatis complendæ in feudis utroq; & communi & Saxonico feudorum jure, tum quoad masculinum tum quoad fœmininum sexum, uti hoc superius est annotatum de personis, qui fidelitatem domino jurent cl. ff. 2. Et hoc voluit Bl. in c. Imperialem §. præterea si quis infendatus. de probibit. feud. alienat. per Frider. per tex. generaliter & indistinctè ibi loquentem. Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 43. Jul. Clar. in §. feudum. q. 49. n. 4. Borch. c. 8. n. 17. Schrad. p. 6. c. 2. n. 25. Rosenth. cap. 6. conclus. 41. n. 3. Gothofred. Anton. disp. 8. th. 5. lit. e. d) d. c. un. §. si quis decesserit. si de feud. defunct. content. sit. Alvarott. & Matth. de Afflict. in d. c. un. §. si minor. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti n. 24. Zas. p. 7. n. 8. per l. fin. ff. rem pupil. salv. fore l. 5. ff. de R. J. Sylvan. q. 57. Vult. c. 7. n. 64. in fin. Rosenth. cap. 6. concl. 41. n. 7. lit. b. & l. Gothofr. Anton. disp. 8. th. 5. lit. e. vers. quid si tutorem habeat. Et ratio hujus juris inductiva est: quòd licet impubes solus vel cum tutoris sui auctoritate d. c. un. §. si minori. §. si decesserit; ut & tutor cum vel sine pupillo suo, semper tamen sui pupilli nomine feudum recognoscere possit d. c. un. §. si decesserit. Jacobin. in verb. qui quidem investiti num. 12. & 24. Alvarot. in d. §. si minori num. 6. Intrigiol. q. 54. n. 36. & seqq. Schöner. disput. 5. th. 115. lit. d. e. f. Neuter tamen eorum jure cogitur d. §. si minori. & d. §. si decesserit. Si igitur nec impubes nec tutor ejus ad præfiniti illius temporis observationem necessariò & jure coacti adstringuntur, neutri eorum idem tempus ita currere potest, ut si illud investituræ recognitione non observaverint, feudo priventur; Et insuper si illud in fidelitate juranda non observaverint, multò minus feudi privatione puniantur; cùm ab investitura petita vel repetita ad fidelitatem jurandam argumentum universaliter non procedat; vel investiturâ petitâ aut repetitâ fidelitas in continenti non sit necessariò juranda, uti hoc supra membro sexto sat fusè est assertum & comprobatum. e) Alvarott. & Præposit. in d. c. un. §. si decesserit. si de feud. defunct. cont. sit. Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. vers. sed quia dixi vobis & vers. sed ponamus. Sylvan. q. 55. Sonsbec. p. 11. n. 22.*

Moz.

Mozz. cap. 5. n. 45. vers. tertiò exprimit. Schrad. p. 6. c. 2. n. 25. Vult. cap 7. n. 64. Rosenb. cap 6. concl. 41. n. 7. lit. g. Schoner. disput. 5. th 115. lit. b. Goth. Anton. disp 8. th. 5. lit. e. vers. nec hinc pubertati proximum. Nam si quid ex jure feudorum determinatum est, ad determinationem juris communis non debemus pervenire. At in c. un. § praeterea si quis infeudatus de prohibit. feud. alienat. per Frider. deciditur, quod quia investituram illo tempore non repetiit feudo privetur solus pubes sive doli capax sit, sive doli non capax. ibi: sua incuria vel negligentia; ubi peccatum in committendo & sic doli capacitas; & in omittendo & sic negligentia ac proinde doli incapacitas arguitur; E. à contrario sensu impubes pariter sive doli capax sive non sit, investituram per tale tempus renovare non tenetur neq; feudo debet privari. Suffragatur huic cap. un. §. si minori. Si de feud. defunct. content. sit. ubi verba illa: donec venerit in majorem aetatem ubi doli capax sit; sunt conjunctivè non alternativè exaudienda, scilicet si pupillus pubes & doli capax factus sit, fidelitatem juret, aut feudo privetur; Nam si ex simplicitate vel ignorantia & sic justa non petierit, excusetur, ut modò de ignorantia traditum est, aut in integrum restituetur, uti de feudi recognitione tractatur; non ita: si pupillus pubes sed non nisi doli capax factus sit, fidelitatem juret, ut Gothofred. Anton. d. lit. e. rectè observavit. E. contra si adhuc impubes est, sive doli capax sive doli non capax sit, propter generalitatem textus contrapositam fidelitatem facere non cogatur. Et facit huc quod asserit Dynus in l. 1. §. impubes. ff. ad SC. Syllanian. quòd in delicto commisso omittendo vel negligendo pupillus etiam doli capax excusetur; & ideo dicit Cyn. & Salicet. in l. 1. C. de falsa monet. quod in his quae committuntur omittendo, sicq; ex negligentia, non puniuntur impuberes etiam doli capaces. Atq; huc quadrant quae Laur. Sylvan. d. q. 55. n. 7. in fin. refert ex Johan de Anna in c. 1. Col pen. extr. de delict. puer. ubi post Salicet. concludit: quòd si statuto cavetur quòd quilibet teneatur ponere bona sua in catastro vel in aestimo, & describere quicquid sibi ab alio debetur, aliàs si non descripserit, debito privetur; & accidat, quòd pupillus, sibi debitum describi non fecit; quòd non propterea debito privabitur; sed ejus tutor bene tenebitur. Jam verò in proposito si pupillus etiam doli capax investitura investituram post annum & diem statim non recognovit neq; juravit, utiq; in omittendo & negligendo peccavit; E. excusandus est; Immò verò quoad juramentum non necesse est ut

Digitized by Google

excusetur, cum etiam volens jurare fidelitatem non sit admittendus. f) Quod autem pupillus etiam intelligens & doli capax & volens fidelitatem jurare jure non possit *cum Octav. Bammachar. ad d. c. un. §. si minori. n. 8. si de feud. defunct. cont. sit. post Andr. de Iseria. ad d. c. un. §. si quis decesserit. & post hos cum Dn. Luca Beckmanno JCto Wittebergensi in praelection. feudal. hisce probamus; I. per cap. un. §. praeterea. si quis in feudatus. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. & c. un. §. si minori. & §. si quis decesserit. Si de feud. defunct. cont. sit. qui textus sunt generales quemlibet impuberem à fidelitate juranda repellentes. II. quia Jure feudario in fidelitate juranda haec duo semper conjunctim praecisè requiruntur: tum justa aetas plenae pubertatis 14. annorum jure communi; & tredecim annorum ac sex septimanarum Jure Saxonico: tum judicij agendorum Constantia, adeoq; tres illi juramenti comites: veritas, judicium & justicia ex c. etsi Christus 26. extr. de jurejur. per illa modò alligata jura. Quamvis autem in impubere doli capace adsint forsan (quod tamen valde lubricum & postea patebit) hi tres comites; abest tamen requisitum prius & principale scilicet justa aetas. E. nondum ei jurare eodem jure feudario permittitur. III. quia etiam jure civili impubes ad jurandum non cogitur, sed volens admittitur; veruntamen si admittitur, tunc est tantùm actus inter privatos juramento confirmandus, ut si pars parti juramentum defert, hoc casu pupillus, si modò vult, jurare potest per l. qui jurasse. 26. in pr. ff. de jurejur. l. fin. §. fin. ff. de liberal. causs. l. ut jurisjurandi. 7. §. dabitur. 5. ff. de oper. libert. ratio est; quia sibi imputare debet pars adversa, quòd pupillo juramentum detulit Costal. ad pr. l. 17. ff. de jurejur. per pr. d. l. qui jurasse. 26. ff. eod. ubi dicitur: omni modo custodiri debet jusjurandum adversus eum, qui contentus eo, cùm deferret, fuit; Et sic ei, qui eo contentus esse maluit, non fit injuria. Rationis hujus ratio est: tum quia tali juramento, quod à litigantibus defertur & proficiscitur, tantùm agitur de bonis & fortuna deferentis: tum quia in tali juramento non amplius quaeritur, quàm an juratum sit? posthabita quaestione, utrum rectè juraverit an pejeraverit arg. l. non erit. 5. §. dato. in fin. ff. de jurejur. Non verò admittitur etiam si jurare velit, ad actus judiciales; utpote si judex defert, etiam invito & nolente adversario nullos pupillos ad jurandum admitti debet. Cujac. in recitat. solennibus L. 18. Paul. ad Edictum per l. jusjurandum, 34. §. pupillo, 2. ff. de jurejur. l. videamus. 4. ff. de in litem jurand.*

rand. l. 9. ff. de acquirend. heredit. At in proposito si pupillus juramentum fidelitatis domino præstare vellet, adeoq; foret intelligens & doli capax, esset actus judicialis; Siquidem dominus judex vel in judicio suo cognoscit, vel in judicio Parium Curiæ ejus cognitio suscipitur; adde quod quædam feuda sint quæ ad judicium Parium Curiæ non admittuntur, ut regalia, de quibus Imp. ut dominus tantùm cognoscit, adeò ut hodie tempore vicariatus Imp. cognitio eorum usq; ad novum Imp. electum differatur; hic quæstio agitatur, an vasallus impubes debeat vel possit fidelitatem jurare, quò minus feudo privetur? & decidit quod non c. un. §. si minori si de feud. defunct. cont. sit. Si quærimus talis actus juratorius clientelaris inter dominum & vasallum merè judicialis est, utpote dum investiturá facta, (quæ hactenus conventionalis est) dominus suo judicio tandem à vasallo exigit fidelitatem jurandam; immò ad fidelitatem jurandam vasallum tribus edictis citat; adde quòd ob non juratam feudo privet ut supr. membr. 6. disputatum. E. Impubes in proposito ne volens quidem ad jurandum admittitur. IV. Quamvis aliàs in pupillo doli capace malitia suppleat ætatem, ut propterea pupillus ex delicto suo possit obligari per l. impuberem. ff de furt. & inde etiam jurare; id tamen verum est, si pupillus deliquit in committendo, non item si in omittendo peccavit, ut paulò ante ex Dyn. Cyn. Salicet. & Sylvan. probatum. At feudi investituræ renovandæ ratione pupillus licet doli capax tantùm in omittendo peccat, negligens ea quæ facere deberet. E non potest inde ex delicto obligari, ut cogatur propterea fidelitatem jurare. vel ita: Quotiescunq; in pupillo doli capace malitia ita supplet ætatem ut propter suam malitiam possit jurare (puta inter partes extra judicialiter, non judicialiter) toties ei hoc ita determinatur seu analogon aliquid pœnæ; quià dum pupillus reputatur suæ simplicitati relictus, & non est admodum intelligens, non cogitur jurare unquam; at quia malitiosus est, adducitur ad jurandum (scilicet inter privatos) quò ab ipso veritas extorqueatur, & sic hoc est aliquid analogon pœnæ vel caussa præcursoria pœnæ, ut concludi potest ex iis quæ tradit Isern. ad d. c. un §. si minori. per l. fin. §. fin ff. de liberal. causs. l. jusjurandi. 7. §. deniq; ff. de oper. libert. l. impuberem. ff. de furt. At in quocunq; feudi recognoscendi actu pupillus si quando peccat puniendus non est; quia peccatum ejus tantùm est in omittendo, non in committendo. E. in quocunq; recognitionis antiqui feudi actu pupillus ad jurandum non esse admittendus. V. Quamvis aliàs malitia in impubere

bere doli capace suppleat ætatem, id tamen intelligatur de delictu, non verò de jurisjurandi sanctitate; malitia suppleat ætatem ut peccet & statuat aliquid privativum scilicet peccatum & malum; at contradictorium in adjecto est, si dicatur malitia supplere ætatem ad sanctitatem jurandi, ad habitum virtutis Theologicæ, ipsam fidem vel sinceritatem juramenti; & sic malum privativum sit caussa essentialis & forma positiva ipsius virtutis. E. *doli capacitas in impubere nunquam habilem eundem efficiet ad jurandum.* VI. *Si à vasallo majore vel etiam adulto requiritur juramentum fidelitatis feudi ob id, ut fides domino juretur, dominus in tuto sit & omne malum ab eo avertatur hoc fit propter ipsam virtutem & habitum bonum, qui in eodem est, ut talis virtus juramenti vinculo solidè firmetur, & validius stabilita & suffulta perstet; at in impubere doli capace talis virtus non est.* E. *quæ non est, juramento non potest corroborari; neque juramentum ab eodem requisitum est modus, quo ille ad malum avertendum instigetur propter lubricum ejus ætatis consilium*, quæ satius est loco jurisjurandi virgis vel ferulis ob malum declinandum coërceatur. E. *nullus impubes quantumvis doli capax ad præstandum domino feudi juramentum admittatur.* VII. *quia non tantum periculosum est, tam teneram ætatem ad jusjurandum admittere; sed etiam effectum nullum habet; tum quia etiamsi juramentum non servet, tamen nec pejerasse dici potest, eò quod sciens fallere non videatur l. qui jurasse. 26. in pr ff de jurejur. tum quia hujusmodi ætas utut callida & nequam sit, quicquid boni videt, ignorat arg. l. 1. C. de fals. monet: perjurium autem nemini imputari debet, nisi qui intelligat negotium & sciens fefellerit, ut ex antiqua formula jurisjurandi; Si sciens fallo, tum me Diespiter salva urbe arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem, quæ est apud Sextum Festum Pomponium libro 10. satis constat.* E. *pupilli juramentum in effectu est nullum.* Huc etiam *applicari possunt plenius rationes inferius allatæ pro eo: quòd pupillus volens ne quidem consentiente eidem domino possit jurare.* g) Quòd pupillus ad juramentum fidelitatis clientelaris domino feudi præstandum cogi non possit, *hisce probatur:* I *quia infantes & impuberes de omni negotio inviti jurare non compelluntur tum jure Civili l. jusjurandum. §. pupillo. ff. de jurejur. l. videamus. 4. ff. de in litem jurand. l. 9. ff. de acquir. heredit. Borch. tr. de jurejur. cap. 4. n. 5. tum jure feudali, quo in individuo fidelitatem clientelarem jurare*

non

non cogantur per d. c. un. §. si minori. Si de feud defunct. cont. sit, ubi expr. dicitur: si minori id est impuberi vel pupillo datum sit feudum, fidelitatem jurare non cogitur. idem dicitur in §. seq. si decesserit. & in c. un. §. praeterea si quis infeudatus. arg. ducto à contrario sensu de prohibit. feud. alienation. per Frider. II. quia arg. ab investitura petitione ad juramenti praestationem negativè ductum firmiter & concludenter procedit. Nam quamvis investituram quis certo tempore petere debeat, non aequè necessariò fidelitatem eodem tempore jurare debet, ut supr. membr 6. probatum; Immò verò in feudo praescriptione acquisito licet investituram quam jam habet, petere non debeat, attamen fidelitatem cogitur jurare ut supr. membro 1. probatum; & rursus licet investitura regulariter sit petenda necessariò §. praeterea. si quis infeudatus. de prohibit. feud. alienat. per Frider. attamen fidelitas quandoq; prorsus omitti potest, ut non juretur; At in tex. illis modò allegatis pupillus investituram renovativam ut petat, cogi non potest. E. & fidelitatis juramentum aequè non cogitur praestare. III. Et hoc adstruunt omnia illa argumenta, quibus jam probatum, quòd pupillus ne quidem volens ad jurandum admitti debeat; Si ne quidem volens audiendus est; E. multò minus cogendus erit. h; *Non enim probamus post Andr. de Isern. ad c. un §. si quis decesserit. Si de feud. defunct. cont. sit. sententiam illorum Dd utpote Schrad. p. 6. c. 7. n. 20. post Alvarott. & Praeposit. ad d. c. un. §. si minori & Gothofr. Anton. disput. 8. th. 5. lit. e. post Sylvan. q. 54. Zas. p. 5. n. 66. Vult. c. 7. n. 64. Rosenth. c. 6. concl. 41. n. 6.* (sed tamen nobis dubium est an Zas. & Vultei. hoc adstruant) *qui contendunt pupillum modò fari possit & intellectum habeat, ut investituram renovare, ita & fidelitatem domino feudi,* eodem consentiente, *praestare posse. Id enim contradictorium esse hisce rationibus assertum volumus: I. tex. in d. c. un. §. si minori. & §. si decesserit. t. Si de feud. defunct. cont sit. & c. un. §. praeterea si quis infeudatus. de prohibit. feud alienat. per Frider. sunt generales, concludentes impuberem quemlibet etiam volentem. & volentem quidem eum, cui licet dominus consenserit, nō esse ad jurandum admittendum; sed omninò à juramento repellendum; siquidem in eodem nulla litera talem distinctionem innuit; contra potius est & militat generalis ratio negativa scilicet, quod nullus minor sive impubes juret; & generale verbum est: non cogatur scilicet sive per seipsum suo proprio stimulo & incitamento, sive per alium quemlibet. II. quia haec fidelitatis promissio jurata*

est

est actus judicialis; dum enim fidelitas domino juretur, vel dominus ut judex in judicio suo, vel Pares Curiæ in judicio suo cognoscunt. 1. de persona quæ juret. 2. & de jure quo talis persona ad jurandum obstringatur. 3. & de pœna videlicet de privatione feudi, quâ non jurans afficiatur, qui certè actus pœnæ privationis feudi exsecutivus est judicialis, cùm feudum non regulariter ipso jure amittatur, ut suo loco tractatur; 4. item dum dominus tribus edictis vasallum ad jurandum citat; 5. item dum, si vasallus adhuc intra annum comparet & jurat, ei pœnam condonat ut supr. membr. 6. & paulò ante ostensum; At verò in judicio nullus pupillus jurare potest vel debet; quantumvis hoc judex jusserit aliàs parte adversa invisa uti jam ante assertum post Costal. & Cujac. per l. 34 §. 2. ff. de jurejur. l. videamus 4. ff de in lit. jurand. l. 9. ff. de acquir. heredit. E. nullus pupillus coram domino feudi quamvis eodem ipsi assentiente, eidemq; juramentum fidelitatis clientelaris potest vel debet præstare. III. quia per pupillum in primis an & quomodo feudum recognoscatur & fidelitas juretur, interest agnatorum; Etenim aliàs ita jus est universale in omni feudo antiquo vel paterno, adeo ut si vasallus feudo antiquo culpa non in dominum commissa privetur, feudum revertatur ad agnatos, ut de feudi amissione suo loco disceptatur. Quorum igitur interest an & qualiter quis juret, illorum etiam gratia & assensu is juret, qui jurare vult, per se solum juret nunquam. At verò an & qualiter pupillus juret, agnatorum interest, ut ne quid ætatis imbecillitate de suo jure suo cedat domino in præjudicium sui ipsius, & tandem vel agnatorum suorum; Siquidem his posthac posset imputari, quòd ipsi non attendissent juranti, vel quod ejus actum saltem tacitè comprobassent; Non pariter refert eorum in adultis & majoribus, ut qui ita conjuncti agnatis non sunt, & propterea per se solos citra eorum interventum vel assensum possunt jurare absq; ullo præjudicio eorundem E. pupillus solus per se volens jurare. quantumvis domino consentiente, admitti non potest nec debet. IV. Quia dominus in propria caussa imprudens malè sibi prospiceret; frustra namq; admitteret jusjurandum pupilli, ut qui aliquâ circumventione, vel læsione, vel dolo aliquo probato contra integrum restitui posset per ea quæ tradit Bocer. class 6 disp. 10. th. 80. post Dd. ibidem allegatos; Itemq; licet pupillus juramentum præstitum non servaret, non tamen pejerasse diceretur per jura antea allegata. V. quia dominus dolo carere non videretur, qui ita assentiretur pupillo volenti, utpote cui hac ratione illuderet, quem potius

admo-

admonere deberet, ne ita proclivis esset ad jurandum, ut quo sibi ipsi & suis posset nocere; quinimò dolo ipsum videretur ad jurandum inducere, cùm conscius esset ipse sibi, quòd de jure adhuc controversum sit an pupillo fidelitatem clientelarem jurare volenti hoc sit permittendum. At verò si dominus suo fideli & vasallo in omnibus omninò maximè verò pupillo, minimùm quidem non est fidelis, malefidus est & praevaricator perfidus & perjurus c. un. in fin. de form. fidelit. E pupillus volens, consentiente etiam ipsi domino, ad jurandam fidelitatem clientelarem non est admittendus. V I. *Si pupillus etiam volens fidelitatem clientelarem domino feudi praestare posset, nulla esset differentia hoc casu jurisjurandi inter pupillum sive impuberem & puberem sive minorem; cùm pubes tantùm si velit jurare domino suo feudi possit ut concl. seq. dicemus. Consequens autem est absurdum. E. & antecedens.* V I I. *quia legum fundamenta quae pro contrariâ sententia adducuntur utpote l. qui jurasse. 26. ff. de jurejur. l. ult. in fin. ff de liberal caus. l. ut jurisjurandi. 7. §. dabitur. 5 ff. de oper. libertor. nihil huc quadrat; Siquidem loquuntur tantum de juramento conventionali parti delato à parte, quod pupillus praestare potest; non verò de judiciali, de quo nostra quaestio est. E. plus est in conclusione quàm fuit in praemissis.* V I I I. *Neq; ex d. c. un. §. si minori: si de feud. defunct. cont. sit. arg. à contrario sensu procedit puta; impubes non cogatur; Ergo contra volenti permittatur; Nam* verbum Cogatur, uti arguit qualitas pupilli, est generalissimum significans quòd pupillus prorsus nullo modo, & nulla ratione sive proprio stimulo & appetitu, sive per alium jussus cogatur, in tantum ut per se volens & irruens arceatur & repellatur, adeoq; retrò cogatur, *tum etiam arg. à contrario sensu non procedit, si & jus & juris rationes ei sunt in contrarium. Jus est in contrarium in c. un. §. praeterea, si quis infeudatus de prohibit. feud. alien. per Frider. ubi hoc tantum de pubere disponitur quòd ille tantum volens juret, non verò necessariò & coacte ut in seq. concl. tradetur. E. de pupillo hoc non adstruendum; immò verò hoc propterea minus est adstruendum, & in tantum inter pupillum & impuberem differentia asserenda, cùm aliàs jure Civili juramento conventionali pubes ob laesionem suam contra juramentum suum in integrum restituendus non sit; impubes verò maximè sit restituendus; ut per auth. sacramenta puberum. C. si adversus vendit: post Dd. quos allegat Bocer. disput. class. ult. disp. 10. th. 80. jure igitur feudali multò magis*

ob jus præscriptum certum, est differentia; & talis quidem tenenda, scilicet quòd pupillus prorsus non juret, puberi verò id permittatur, & quòd de pubere tantū quæstio sit, an ille juret volens, de pupillo talis quæstio nulla sit movenda, siquidem pupillus si maximè jurare posset, uti non potest, attamen in integrum esset propediem restituendus, itemq; pejerare non posset, etiam malè falsoq; jurans. Satius igitur est ut prorsus à juramento arceatur, quàm nauci ejus sit juramentum & jurando alios illudat; puberi verò volenti hoc tantùm permittatur. Rationes juris accumulatè sunt in contrarium illæ quidem omnes antea distinctis clausulis suppeditatæ E. *ex his relinquitur, quòd minor impubes jure feudi prorsus non juret sive volens, sive coactus.* IX. *Quamvis contra videatur forsan immò quòd pupillus volens etiam jure feudi jurare possit & admittatur ex hoc capite: quia pupillus si volens juravit, sed non læsus est, effectum habeat ipsius juramentum, ut in integrum restitui non possit, quod utiq; domino proderit; ergò ut jure Civili, ita & jure feudi si volens juravit pupillus, non erit de nihilo ipsius juramentum; attamen huic è diametro repugnat illud: quod scilicet si jure feudi fidelitatem clientelarem domino pupillus juraret, statim vel in momento quo jurasset, posset reverti & dicere se non admodum scire quid juravit, rem non intellexisse, nihil attendisse, præposterè & præcipitanter læsum & lapsum esse, adeoq; in puncto posset petere se in integrum restitui, quo ipso dominus illuderetur, & frustra esset omnis ejusmodi permissio jurandi* X. *pro decima ratione possumus & hoc tentare, quòd omninò de omni jure sit distinguendum in modū hactenus dictum inter actus extrajudiciales cōventionales & inter judiciales quoad juramentum præstandum, & posito quòd hic in proposito casu fidelitatis clientelaris juranda sit inter dominum & vasallum tanquam ratione contractus & inde inter partes contrahentes de feudo recognoscendo actus conventionalis; quamvis a. in actibus cōventionalibus pupillus volens jurare possit l qui jurasse. 26. ff de jurejur. adhuc tamen asseveramus contra juris Civilis communis regulas, quòd ne quidem in hoc actu conventionali feudali pupillus etiam volens juramentum deponere posset, propter d. c. un. §. si minori & §. si quis decesserit. Si de feud. defunct. cont. sit.* quia de tali actu conventionali feudali præcisè statutum est, quòd pupillus quatenus pupillus nunquam juret, exponendo casum magis dubium; puta etiamsi hoc ab eo per dominum exigatur, & implicando casum minus dubium; puta

puta quamvis maximè pupillus vellet; *& sic comparaterum vel saltem subordinatorum unum alterius esset subinclusio; & sic in hoc negotio feudali propter rei gravitatem & periculum imminens daretur exceptio à l. qui jurasse. 26. ff. de jurejur.* XI. *Deniq; pro undecima ratione faciunt omnia argumenta superius allata, quibus probatum est, pupillum doli capacem volentem ad jurandam fidelitatem feudi non esse admittendum; Nam præsupposito hoc, quòd pupillus volens jurare jure repellatur nec audiatur, absurdum est quærere, an dominus ei possit consentire juranti; Etenim non entis nulla sunt qualitates; qui jurare nunquam potest, ei & juranti aliquis consentiet ad Calendas græcas.*

XXIII.

7. Caussa, est pubertas; Si namque vasallus est pubes & adolescens tempus illud præfinitum ei non currit. Nam adolescentes post 14. annum usque ad 25. annum ætatis jure communi; at verò post 13. annum & sex septimanas usque ad 21. annum jure Saxonico ad jurandam fidelitatem clientelarem non coguntur *a*); sed tantum volentes admittuntur; qui enim non cogitur, nulla necessitate adigitur aut ad aliquã observantiam adstringitur. *b*). 8. Sunt inimicitiæ capitales vasalli cum aliquo tertio. *c*). 9. est absentia vasalli justa & necessaria. *d*).

a) *uti probatur:* I. *ex c. un. §. præterea si quis infeudatus. de prohibit feud. alienat. per Frideric. ubi adolescentes post quatuordecim annorum spacium jubentur quidem investituram renovativam petere; at verò arg. ab investituræ petitione ad juramenti præstationẽ affirmativè non procedit; Nam investitura & juramentum fidelitatis quamvis quandoq; cohæreant, ut patet ex c. un. quid præced. deb. invest. vel fidelit. & supr. etiam membr. 5. & 6 annotavimus; attamen hoc ab illa separari, immò quandoque prorsus omitti potest; at verò investitura semper sub pœna amißionis feudi est petenda, d. §. præterea. si quis infeudat.* II. *Jure Civili cautum est, adolescentem invitum cogi non posse ad juramenti præstationem arg. l. videamus. 4. in fin. pr. ff. de in lit. jurand. ubi inquit Ulpian. adolescens si velit jurare potest. E. si nolit invitus cogi nequit; quod autem jure feudi mutatum non est, quare stare probibeatur arg c. un. in fin. de feud. cognition.* b) *Quod adolescens vasallus jurare volens admittatur probatur, per auth. Sacramenta*

 pube-

Digitized by Google

puberum C si adverf. vendition. quia & hic perinde ut in contractibus Sacramenta à puberibus præstita inviolabiliter sunt servanda. Dn. Lucas Beckman. in prælect. feudal. t. de juramento fidelit. clientelar. c) Itaq; tempus debitum illius fidelitatis jurandæ vasallo non currit, si inimicitias capitales habet cum hominibus illius ubi dominus degit, vel cum incolis locorum per quæ transeat, ut ijs securus ad dominum aditus vel iter per loca eorum vasallo præcludatur arg. clement. pastoralis. de sent. & re judicat. c. accedens. 4. ut lit. non contestat. arg l. metus. 7 ex quib. causs. major. Laur. Sylvan. q. 44. n. 6. Borch. cap. 8. n. 15. Sonsbec. p. 11. num. 20. Schrad p. 6. c. 2. n. 34. Vult. cap. 7. n. 82. Rosenth. c. 6. concl. 53. n. 6. d) *arg. l. absentia. 140. ff de R. J. l. 1 l. videlicet. 19. l. 36. ex quib. causs. major. Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investit. n. 52. Schrad p. 6. c. 2. n. 41. Vult. c. 7. n. 74 Rosenth. cap. 6. concl. 50.*

XXIV.

10. Est summus favor & reverentia Ecclesiæ *a*). 11. est immunitas vasalli à fidelitate juranda consuetudine vel statuto probata. *b*). 12. est litigium vasalli cum aliquo tertio de possessione, & proinde ipsius possessionis vasallo facta per aliquem tertium interceptio vel ad possidendum vasalli non admissio. *c*) Hoc tamen cum distinctione exaudiendum est, an vasallus negligentia & culpa sua non possideat nec ne? sanè hoc casu, si casu aliquo vasallus possessione cecidit adeoque sine culpa sua, vel si non sit negligens in recuperanda possessione feudi hujus legitimis & concessis mediis, tempus illud ordinarium ipsi non currit; At verò contra tempus illud etiam non possidenti ob suam negligentiam & culpam omninò currit. *d*) 13. est lis aliqua ratione feudi ab aliquo mota; Nam si vasallo interea temporis dum investituram petiit vel repetiit, & fidelitatem jurare vult, lis de feudo ab aliquo moveatur, tempus debitum ipsi non currit. *e*).

a) *Nam Ecclesia ipsa ut & Archiepiscopatus, Episcopatus, monasteria & similia sacra Collegia, si feuda obtinent ad tempus in juramento fidelitatis clientelaris præstando observandum non adstringuntur, & proindè illis tempus illud currere non potest. Quod autem ad tale juramentum præstandum non teneantur, probatur; l. per t. un. Eccles. fidelit. non fac.*

L. 101.

Digitized by Google

1. 101. inter apocrypha ubi Cujac. Intrigiol. q. 56. n. 222. Vult cap. 7. num 31. vers. Ecclesia tamen. II. quia Ecclesia & mater & cultrix est omnis veritatis, justitiæ & fidei, eoq. nec pejerare potest multò minus se juramento ad fidem servandam adstringere necesse habet c. un. de alienation. feud. ut cum CC Intrigiol. & Vultei. d. locis tradunt. Hodie tamen aliter usu observatur, scilicet ut Ecclesia per suos Præsules & Prælatos, non tamen suo sed eorum nomine, juret ut supr. membr 1. class. 4. sat fusè traditum est E. hodie æquè ut alius vasallus Ecclesia etiam ad præfiniti temporis observationem regulatur. b) Nam pactu sic fieri potest; E multò magis statuto Schrad. p. 6. cap. 4. n. 15. & seq. arg. §. sed naturalia. l. de j. n. g. c. l. de quibus. 32. ff. de ll. c. un. in pr. vers. quomodo. In quib. caus. feud. amitt. c) Andr. de Isern. & Matth. de Afflict. ad c. un. in pr. de capitul. Corrad. Alvarott. Præposit. ad c. un. in pr. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investit. n. 32. Curt Jun. p. 4. n. 53. Laur. Sylvan. q. 76. n. 15. & seqq. Zis. p. 7. n. 5. vers. excusatur porro. Borch. cap. 8. n. 22 Schrad. pag. 6. c. 2. n. 21. Vult. c. 7. n. 81. Et probatur: I. c. un in pr. ibi: non de omni possessione vasalli, sed de justa. t. per quos fiat investit. ubi vasallo non nisi possidenti veteris feudi investitura id renovatio fieri debet. II c. un §. præterea si quis infeudatus de prohibit. feud. alienat. per Frider. ubi vasallus pubes possidere præsupponitur. III. c. un. in pr. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. ubi dicitur vasallus domino suo stetisse puta in possessione, & feudum amittere; ergò possessio præsupponitur, ut sine qua nulla est amissio. IV. c. un. in pr. quo temp. mil. investitur. peter. deb. ubi etiam possessio attenditur. d) Sylvan. d. q. 76. n. 16 Mozz. de substantial. feudor. n. 50. & hoc multis confirmat. Felin. in c. ex transmissa. de præscript. Schrad. d. c. 2 n. 21. in fin. Vult. d. c. 7. n. 81. vers. et si verò. Et probatur: I. quia vasallus videtur possidere ex quo sua negligentia & mora operatur, ut minimè possideat arg. l. sed et si per prætorem. 20. ff. 2. vers. sed nec eos. ff. ex quib. causs. major. c. his quibus. cum ibi notat: extr. de election. Hinc Innocent. in c. 1. extr. de feudi. scribit: quod in proposito vasallus quando potest rem recuperare ab alio, non excusetur. II. quia facere posse dicitur qui facit ut non possit arg. l. qui actionem 15 l. qui potest. 172. ff. de R. J. Sicut nolle dicitur qui suo facto impeditus est velle Bl. in c. un. de feud. sin. culpa non amitt. III. quia impedimentum quod tolli potest, nunquam excusat l. sed et si per Procuratorem. 26. §. hæc clausula

Digitized by Google

stula 2 ff. ex quib. caus. major. l. quibus diebus. 40. in pr. & ibi Socinus. ff. de condition. & demonstrat. Zanger. de exception p. 2. c. 5. num. 27. c) Jacob. Ardiz. t. quib. mod. feud. amitt. §. quid si vasallus. Matth. de Afflict. c. un. in pr. n. 6. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. Schrad. p. 6. c. 2. n. 13. Etenim tempus litigij nemini debet imputari, ne cui ordinariè prædestinatum tempus unquam absumat arg. l. quamdiu. 5. C. qui admitt. ad bonor. poss. possunt Curt. p. 4. n. 53.

XXV.

14. Caussa est fratris vasalli unà cum vasallo succedentis pupillaris ætas. Nam si pater vasallus decessit duobus relictis filiis altero majore altero pupillo, qui simul in feudum succedendi jus habent, tunc propter personam pupilli tempus investituræ petendæ & fidelitatis jurandæ, nec majori currit, antequam frater suus 14. annum ætatis excessit. a).

a) *Matth. de Afflict. in c. un. in pr. n. 64. quo temp. mil. investitur. arg. l. si de communi. 19. ff. si servit. vindicet. Curt. Jun. p. 4. n. 46. arg. vers. sed hic cadit. Sylvan. q. 58. Clar. in §. feudum. q. 49. Schrad. p. 6. c. 2. n. 27. Schoner. disp. 10. th. 86. p. 1. Et pulchra est ratio Sylvani, quoniam, dicentis, quando allegatur privilegium ætatis ad impediendam præscriptionem, tunc ætas unius minoris prodest alteri majori: quia præscriptio est individua. & in individuis privilegium minoris transfertur in majorem per l. si communem. 10. ff. quemadmod. servit. amitt. E. pari ratione quia in proposito renovatio & fidelitas feudi est individua, major etiam tutus est jure minoris.*

XXVI.

Sed hæc 14. caussa ansam præbet hic inserendæ & excutiendæ nobilissimæ illius controversiæ: Si quis vasallus filio suo herede feudi sui instituto posthumum prætereat, quæritur anne præteritio illa posthumi ad nativitatem ejus petitionem renovationis & fidelitatem feudi jurandam suspendat, adeoq; vasallus heres justum habeat impedimentum, & inde caussam se excusandi ut ipsi tempus debitum non currat? a).

a) *Prima ratio dubitandi est: cum testamentum propter præteritionem posthumi non sit ipso jure nullum, sed demum agnatione posthumi rumpatur; cum donec posthumus nascatur testamentum stet in su-*

in suspenso, adeo ut institutus adire non possit §. posthumi. I. de exheredat. liberor. l. posthumo 2. C. de bonor. possess. contr. tabb. E. *donec posthumi nativitas expectatur, heres nihil rectè agit, & propterea in proposito heres feudi renovationem & fidelitatis juramentum cogitur suspendere usq; dum posthumus nascatur, & tunc omnia rectè peragantur. Secunda ratio inducitur ex modò traditis: major frater vasallus tutus est, ut excusetur jure minoris.* E. *& in hoc casu heres institutus seu major excusatur jure posthumi & minoris. Verùm utut sit jure civili, quoad propositum casum feudalem diversum sentiunt Feudistæ Br. in c. un. an agnat. pos. retin feud. Bl. in c. un. de success. fratr. Alvarott. Præposit. in c. un. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investit. num. 4. Schneid. pag. 5. num. 26. scilicet quod renovatio investituræ & fidelitatis promissio jurata non suspendenda ad posthumi nativitatem; sed ab herede mortuo testatore præstanda sit, tum quia omninò certum est, quòd iste heres institutus habeat portionem suam, ideoq; non est alius expectandus eventus; sed in omnem eventum investitura est repetenda arg. l. quod si dubitet. 33. ff. de acquirend. heredit. tum quia certum pro incerto non suspenditur c. un. de controvers. inter vasall. & alium de benefic.* Nos post Sylvan. *de feud. recognition. q. 93.* ut & ipse post suum Præceptorem Curtium *p. 3. membr. 2. n. 11. concludimus duplicem attendendam hic esse quæstionem: alteram quomodo feudum renovetur? alteram quomodo fidelitas juretur?* Quoad primam *distinctione decidendum est: aut enim feudum est indivisibile aut divisibile: illo casu renovatio in proposito nostro de toto feudo & ab omnibus fieri debet, adeoq; posthumi caussa Curator ventri erit dandus, qui renovationem ejus nomine facit arg. c. un. §. præterea si quis infeudatus. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. Hoc casu scilicet si feudum est divisibile, filius à vasallo heres institutus pro quarta tantùm parte renovationem faciat ad imitationem juris civilis: siquidem ubi deficit consuetudo feudalis, absq; calumnia utimur jure scripto c. un. §. strenuus. de feud. cognit. At verò jure civili per expr. tex. l. antiqui 3. ff. si pars heredit. petat. Si filius natus heres est institutus, posthumus verò præteritus pendente nativitate posthumi, tunc filius debet habere quartam partem hereditatis; Interim cæteræ res relinquuntur in suspenso usq; ad ventris partum secundum numerum posthumorum, qui postea nascentur, dividendæ.* E. *in proposito casu feudali heres institutus non nisi quartam*

partem

partem feudi petat quoad posthumus nascatur. *Et hoc menti Dd. antea allegatorum, qui se fundant in d.l. quod si dubitet. 33. ff. de acquir. hereditat. non esse contrarium scribit Vult. cap. 7. n 34. cum Rosenth. quem allegat. cap. 6. concl. 64* *Nam si constet, quòd heres aliquid habeat de feudo antequam posthumus nascatur, utiq; ejus quod habeat ratione investitura ab ipso renovanda est.* Non igitur stringit prima ratio dubitandi: *Siquidem talis in proposito heres quidem non omnia quæ hæreditatis sunt solus peragit, adeoq; universum jus hereditatis d. §. 1 & d. l. 1. At verò suam portionem legalem jure reservat d.l. antiqui. 3.* *Nihil facit ratio altera ob maximam diversitatem: tum quia major ille qui jure minoris tutus est, nihil juris habet, dum quod habuit negligentiâ amisit, ideoq; per minorem restituitur ipsi; At in proposito heres jus suæ portionis habet, quod curet: tum quia minor certò adest, qui majorem salvare potest; At contingere potest, ut posthumus non nascatur, ut eoq; in periculo fuisset heres & dominus feudi; Ideoq; non omnia ad posthumi nativitatem erunt suspendenda.* *Tum denique, majori per minorem succurritur?, At in proposito heres etiam potest esse pupillus & minor, qui utiq; suo jure tutus est citra posthumi adjumentum.* Quo ad alteram quæstionem, *scilicet quomodo fidelitas juretur? Decidimus quod heres indistinctè sive indivisibile sive divisibile sit feudum, sacramentum fidelitatis præstare teneatur, quia juramentum fidelitatis est individuum. & transit ad quemcunq; heredem in solidum l hæres. §. An eam ff. famil. hercisc. Sylv. d. q. 93 in fin. post Angel. in l. 2. §. ex his ff. de V. O.*

XXVII.

15. Est observatio debiti temporis unius vasallorum contraria negligentiæ alterius in feudo communi. Nam ex duobus vasallis negligentia unius investituram non petentis alteri vasallo agnato, qui commune feudum cum ipso habet, non nocet; & proinde efficit, ut illi negligenti tempus præfinitum non cucurrerit ad privationem. *a)* 16. est pactum investituræ vasalli adjectum de tempore investituræ renovandæ ut & fidelitatis cujuslibet jurandæ prolongando vel abbreviando. *b)* 17. Est pactum singulariter præter tenorem investituræ inter dominum & vasallum initum de tempore, ut investitura renovanda, ita & in fidelitate qualibet juranda prorogando ultra

ultra annum vel ultra annum & diem, vel annum & mensem, tale namque pactum efficit, ut ad terminum temporis prorogati non ordinariè præfinitum tum in investitura renovanda, tum in ulla fidelitate juranda vasallus se accomodare cogatur. c). 18. Est tempus aliud certum in contrarium statuto vel consuetudine introductum pro vasallo, tum ad investituram feudi renovandam, tum ad fidelitatem ullam jurandam. d) 19. Est obitus sine herede masculo vasalli unius simultaneè investitorum & simul etiam possidentium de jure Saxonico. e).

a) *Roman. singular. 244. Felin. cap. cum super. n. 8. extr. de offic. delegat. Schrad. p. 6. c. 2. n fin.* b) *Etenim pacto tenori investituræ adjecto consuetudinibus feudorum indubiè potest derogari c. un. §. præterea. Quid sit investitur. c. un. §. notandum. de his qui feud. dar. poss. c. un §. Nulla. per quos fiat investit. c. un. de feud non habent. prop. feud. nat. Schrad. p. 6. c. 2. n. 74.* c) *Matth. de Afflict. in c. un. in pr. n. 11. quo temp. mil. invest. peter. deb. Schrad. p. 6. c. 2. num. 81.* d). *Itaq, si quibus in locis jus Saxonicum observatur, vasalli eorundem locorum intra annum & sex septimanas investituram renovativam petere & fidelitatem dominis suis jurare debent. Nam tale tempus de jure Saxonico expressè præfinitum extat art. 25.* Also manch Schilt/ *& art. 22. juncta gl. verb.* in Jahr vnd Tag. Lehnrecht/ *Schrad. p. 6. c. 2. n. 76. & seq.* e) *Nam hoc jure si duo vel plures vasalli simultaneè sunt investiti & utrinq, simul possident altero sine herede masculo decedente, alter vel reliqui consequuntur portionem illius demortui, nec tamen feudi illius ratione vel denuò investituram facere vel fidelitatem jurare tenentur art 32.* Lehnrecht/ *in fin. cum ibi addit Schrad. p. 6. c. 1. n. 18. Ergò tempus anni & sex septimanarum juris Saxonici illis minimè decurrit. Quod si verò simultaneè investiti non possident simul, & unus eorum moritur absq, herede masculo, reliqui quidem ejus portionem consequuntur, sed de ea renovationem facere & fidelitatem jurare coguntur, & quidem sub pœna amissionis feudi, Schurffius consil. 99 cent. 1. Wesenb. c. 8. n. 3. Pistor. 2. q 31. n. Vult. lib 1. c. 7. n 93. Quod tamen limitat Wesenb. nisi simultanea investitura sit facta super feudo etiamnum viventis d. c. 8. num. 3. post Pist. d. q. 31. p. 2. prout distinguit constit. Elector. Saxo. 45. p. 2.*

XXVIII.

20. Eſt ſpes feudi quæ neceſſariò non eſt renovanda & pro ea fidelitas non juranda, adeoq; nullum ullo jure præfinitum tempus in caſu ſpei de feudo currere poteſt, puta ſi dominus in primum apertionis caſum de alterius feudo abuſivè inveſtiverit, vel inveſtire promiſerit. Wenn einer ein expectans hat/ oder Anwartung eines noch unerledigten Lehnguts. *a*). 21. Eſt mors vaſalli poſſeſſoris intra tempus præfinitum contingens, ut propter eam ſucceſſor vaſallus excuſetur. *b*). Et hoc caſu mortis antecceſſoris vaſalli tempus debitum incipit ſucceſſori vaſallo currere jam demum ab eo tempore quo audivit anteceſſorem ſuũ mortuum eſſe, adeoque illud tempus, quod anteceſſori ipſius à morte ſui domini aliquo usq; vel ad nonũ menſẽ decurrit, huic novo vaſallo non computatur, ſed totum tempus ordinariè præfinitum ei non redintegratur *c*). Et hoc tantum verum eſt in feudo antiquo, verùm etiam in novo, ut ſi primus vaſallus ſit vel abuſivè tantum vel realiter inveſtitus & intra annum deceſſerit, fidelitate domino ſuo nondum jurata, ſucceſſor ipſius in novo illo feudo pariter integrum annum & diem vel reſpectivè annum & menſem habeat, quo vel inveſtituram ſibi petat vel ad fidelitatem ſe offerat jurandam, *d*).

a) *ille enim qui feudum recognoſcat, neceſſariò debet eſſe in poſſeſſione, ut multis antea probatum; quis autem dixerit unquam tantum ſpem de feudo foventem revera poſſidere?* b) *c. un. ubi gl. & DD. in verb. veluti mortis, quo temp. mil inveſtit. peter. deb. Nam mors eſt ultima linea rerũ* Nov. *1. c. 1. in fin.; & ſententia contra mortuum lata eſt ipſo jure nulla l. in ſententiis. 59. §. ult. ubi Gothofr. in not lit. a. ff. de re judicata Et quia mors diſſolvit omnia; Ergò etiam nexum obligationis inter dominum & vaſallũ l. 57. in fin ff. de judiciis. l. 2. ff quæ ſententiæ ſine appellatione.* c) *Andr. de Iſern. in c un in pr. nu. 2 & ibi Alvarott. n. 3. Præpoſ n. 5. Matth. de Afflict n. 35. & Bl in verb. niſi juſta cauſa n. 1. quo temp. mil inveſt. pet. deb. Jacob. de S Georg in verb qui quidem inveſtiti n 24 Curtius, p 4. n. 2. Sylvan. q. 39 Zaſ p 7. n. 7 Schrad p 6. c. 2. n 69 quia hoc tempus jure feudi indulgetur vaſallo ſuccedenti ut jus proprium ex ſua perſona ipſi tributum, nequaquam ex perſona anteceſſoris defuncti transfertur. c. un. in pr. & §. Eſt & alia. Quæ fuit pr cauſ. benef. amitt. c. un. in fin. de probib. feudi*

alienat.

alienat. per Lothar. c. un. §. praterea. si quis infeudatus. de probib. feud. alienat per Frider. c. un. de capitul. Corrad. d) Bald. Andr. de Isern. & Matth de Afflict nihil distinguentes in c. un quo temp mil. investit. peter. deb. Sonsbec. p. 11. n. 12. Hart. Hart. l. de feud. 54. obs. 11 n. 14. Mins[illegible] 5. obs. 9. n. 6. Schrad p. 6. c. 2. n. 71. Vult. c. 7. n. 86. vers. ba[illegible] decisionem. Rosenthal. c. 6. concl. 45. & alij plures ab his allegati. Et probatur I. Quia petitio investiturae in unoquoq. feudo vasallo ex sua propria persona competit non ex persona alterius sive sui patris sive praedecessoris c. un. in fin. per quos fiat investitur. c. un de vasall mil. qui contra[illegible] est. c. un. quo temp. mil invest. peter. deb c. un. quae fuit prima causa benefic. amist. c. un. de capitul. Corrad c. un. in fin. de probib feud. alienat per Lothar. c. un §. praeterea si quis infeudatus de probib feud. alienat. per Frider. II. Quia feudum quod à principio in primo acquirente [illegible] est. primo illo mutato novum esse desinit; & proximus incipit esse [illegible]; siquidem feudum novum postmodum in descendentibus temporis & successionum progressu fit antiquum & paternum c. un. de vasall. decrep. aetat Wesenb. cap. 2. num. 6. Vult. c. 8. n. 4. in fin & ut à prima acquisitione feudum novum: ita ab acquisitione ulteriori, quae fit per successionem. vetus dicitur, respectu scilicet eorum, quibus ex prima investitur. competit jus succedendi Jas. in prael. feud. num. 84. Wesenb. cons. 38. n. 18 Surd. cons 440. n. 40. l. 3 Atqui in proposito quando vasallus de novo feudo investitus intra annum fidelitate nondum jurata moritur, & alius ei succedit, utiq. successor ille acquirit feudum sed non investiturâ; verum successione; actus enim investiturae finitus est in ejus praedecessore, & ab eo feud per successionem devolvitur ad ipsum heredem vel successorem. E. si quaerimus in proposito feudum incipit esse vetus. Et per consequens si in proposito feudum incepit esse & jam est vetus utiq. ut in quolibet feudo veteri ita etiam hic tempus investiturae repetendae & fidelitatis jurandae praefinitum redintegratur, ut proinde hoc casu de distinctione inter feudum novum & antiquum quaestio sit nulla. siquidem communis affectio & qualitas feudi veteris etiam hunc casum attingit vel circumcludit.

XXIX.

De infamia vasalli indistinctè negamus, quòd illa vasallum possit excusare sive sit temperata & tolerabilis quae adhuc sinit vasallum in conversatione hominum esse; sive sit grandis &

magna, quæ vasallum extra hominum conversationem & communionem expellit, veluti si sit excommunicatus excommunicatione majori, si sit damnatus hæreticus, si sit bannitus vel proscriptus. *a*).

a) *Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 50 Sylvan. q. 69. & 71. Mozz. de substant. feudorum n. 45. vers. 4. Schrader. p. 6. c. 2. n. 53. Rosenth. c. 6. conclus. 51. n. 4. Vult. c. 7. n. 73. Etenim etiamsi tali infamia grandi cessante vasallus ad suos rediret & feudum antea suum repetere jam tandem vellet, excusando sese per talem infamiam grandem, ut quòd sibi tempus præfinitum non decurrisset absenti; attamen audiendus non esset, quia nemo audiendus est, qui propriam turpitudinem allegans se vult excusare; itemq; nemo ex suo delicto lucrum sentiat; quid? quod hoc naturali æquitati repugnet aliquem ex delicto suo lucrum sentire secundum Dd. antea allegatos.*

CLASSIS SECUNDA

EAS CONTINENS CAUSSAS, QVÆ EX persona domini impedimentum vasallo pariunt, quò minus tempus debitum queat observare, eoque regulam limitant prædictam.

XXXI.

1. Caussa est pactum domini cum vasallo de feudo recognoscendo ut & fidelitate non juranda; vel de feudo quidem recognoscendo; at tantùm de fidelitate non juranda; vel verius spontanea domini remissio recognitionis feudi & juramenti fidelitatis vel hujus tantùm ipsi vasallo in feudo facta, ut proinde nec annus in prima investitura feudi novi, nec annus & dies vasallo pagano nec annus & mensis vasallo militi ad renovandam investituram feudi veteris nec ad fidelitatem feudi domino jurandam currere possit unquam. *a*).

a) *c. un. ibi nisi eo pacto acquisitum sit feudum, ut sine juramento fidelitatis habeatur. t. per quos fiat investit. c. un. §. est & alia. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. ubi eodem sensu dicitur quædam feuda ita dari ut pro his fidelitas non sit præstanda. & in c. un. in pr. de fidelitat. dicunt beneficium esse sine fidelitate. & in c. un. in pr. de capitul. Corrad. tale*

tale esse benefi ium, ut fidelit is non sit præstanda di itur; In his enim locu omnibus fidelitatis verbum nullo alio sensu quàm pro juramento fidelitatu metonymicè sumtum intelligi potest Vult. cap. 6. n. 8. vers. fidelit. igitur Borcb. cap. 1. n. 21 & latè Sylvan. q. 78. ubi concludit quòd tenor investituræ potius sit inspiciendus quàm natura feudi: natura enim feudi genus est, investitura autem est species, quæ derogat generi; meritò igitur tenor investituræ derogat omni naturæ feudorum secundum Bl. in c. un. de duob. fratribus à Capitan. investit. & alios à Sylvan. allegatos. Et hujus rationis rationem, indeq; deductum consectarium supra disput. 1. th. 6. & 7. suppeditavimus.

XXXI.

2. Caussa est juramentum fidelitatis quod dominus feudi pro se & successoribus suis à vasallo recepit. Etenim si vasallus quicunque sit sive ecclesiasticus sive laicus domino feudi & successoribus ejus simul & eâdem juramenti formulâ juraverit; & dominus pro se & successoribus suis in actu investituræ fidelitatem receperit, tunc domino defuncto vasallus ad repetendum juramentum & denuò jurandum cogi non potest; licet interim investituræ renovationem petere nihilominus teneatur a).

a) *Jacob. Ardiz. t. quib. mod. feud. acquiratur sub rubr. quand jurare debet vasallus & quando non Jacob. de Belvis. & Bl. & Alvarott. in c. un. in pr. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. Matth. de Afflict. in c. un. §. nulla. n. 7. per quos fiat investitur. Curt. p. 4. n. 45. vers. extende Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investit. n. 35. Sylvan. q. 88. n. 1. Speculator t. de feud. r. de homagijs & fidelitatibus n. 6. vers. quæro quid si vasallus juraverit. Franciscus Vivius in communib. opin in verb. juramentum. n. 4. Molinæ in consuetudin. Paris. t. 1. §. 2 gl. 4. n. 49. vers. sed quid è converso Hart. Hartmani de feud obs. 20. vers. quando pater juravit. & eleganter Schurff. Consil. 28. n. 6. 7. cent. 3. Menz. de substantial feudor. n. 42. Clar. in §. feudum. q. 49. n. 1. Cujac. in cap. veritatis. extr. de jurejur. Schneid. p. 5. n. 72. vers. quando vasallus. Vult. c. 7. n. 88. vers. quemadmodum. & Dn. Boter. hanc opinionem dicit esse communem quamvis ab ea per discursum multis dissentiat in de investit. cap. 4. n. 27. & aliquot seqq. Et probatur hæc nostra communis sententia: 1. per expr. textum c. veritatis 14. extr. de jurejur.*

 ubi

ubi deciditur: Si vasalli heredes adhuc vivo illo patre suo vasallo, Prelato Ecclesiæ & ejusdem successoribus juramentum fidelitatis dictæ [illegible] præstiterint quòd, mortuo eodem vasallo patre suo, fidelitatem de [illegible] jurare non debeant; E. minus habet dubium, quod pater juramentum fidelitatis reiterare non debeat si illud domino, & ejusdem domini successoribus simul & eâdem formulâ juraverit. Siquidem pater vasallus in actu proximus est domino, cui non tantùm jurat, sed & jurata, fidelitatem exercendo & re ipsa præstando, servat; heredes verò adhuc à domino sunt remotiores, ut qui jurant quidem fidelitatem domino feudi; sed vivo adhuc patre eam reipsa & per omnia præstare non possunt, dum pater ut intermedia persona ijs præcedit. II. facit c. etsi Christus. 26. extr. de jurejur. ubi r. est: Juramenta sine caussa non sunt præstanda. Atqui in proposito cùm semel omnibus juratum sit, nulla caussa est, cur denuo domino mortuo, ejus successori juret vasallus. III. Licet juramentum fidelitatis personale sit respectu ipsius jurantis; attamen respectu recipientis est quodammodo reale; Etenim vasallus benè potuit se & animam suam obligare; nedum ergà illum suum principem. vel dominum sed etiam erga successores ejus. E. tunc non tenetur juramentum suum reiterare. Schneid p. 5. n. 73. IV. facit tex. in c. un. in pr. quæ fuit prim. causs. benefic. amitt. ubi. E. disertis verbis tradit, quòd domino mortuo, vasallus necesse habeat à domini defuncti herede intra annum & diem & investituram petere & fidelitatem ei polliceri E. à contrario si vasallus domino vivo & ejus in futurum heredibus & successoribus semel pro semper vel una & eadem vice fidelitatem juravit ejusdem juramenti reiteratione optimo jure potest supersedere. Et plures pro hac sententia FF. communi rationes in ipso conflictu disputationis per discursum suppeditabimus & ad rationes Dn. Boceri modestè respondebimus.

XXXII.

Et hæc conclusio indistinctè tam quoad vasallum laicum quàm ecclesiasticum procedit, ut quicunque vasallus, qui domino & heredibus ejus fidelitatem juravit, mortuo domino, non necesse habeat eandem denuò heredibus domini jurare; nec tantum in vasallo ecclesiastico obtinet. *a*).

a) *ut contra volunt Mozz. de substantial. feudor. num. 42. & post eum Schoner. disput. 5. th. 175. & Dn. Bocer, d. tr. de investit. cap. 4.*

cap. 4 n. 31. verf. Notandum verò. primò namq, ubi textus non distinguit, ibi nec nos distinguere debemus, & ubi regulæ ratio inductiva generalis plures casus includit, ibi ad eosdem casus regula est extendenda. At verò [illegible] propositi textus & exinde rationes omnes sunt generales tàm de [illegible] ecclesiastico vasallo concludentes; E indistinctè ad eosdem [illegible] extendendæ, ut de ijsdem prædicta conclusio fit omninò generalis. Deinde [illegible] ratio, quam sententiæ contrariæ patroni inducunt: scilicet quòd [illegible] 14 extr. de jurejur. dicitur de Pontifice Romano & ejus [illegible] CC exporrigi ad quemlibet Ecclesiæ Prælatum & ejus vasallum, eò quòd vasallus Ecclesiæ, qui semel Prælato fidelitatem juravit, jusjurandum illud non tàm personæ, quàm dignitati, quæ eadem est, in singulis Prælatis successoribus præstitisse intelligatur; eadem, inquam, à pari [illegible] in vasallo laico, eò quòd vasallus laicus, qui domino & heredibus [illegible] fidelitatem juravit, non tàm personæ domini quàm toti ejusdem ge[illegible] in futurum jurasse intelligatur. Deniq, & illa ratio, quam [illegible] sententia contraria inducunt: scilicet quod feudum Ecclesiæ non tàm [illegible] Prælato, quàm ab ipsa Ecclesia vasallus possidet arg c. un de Cleric. [illegible] fecit. & c. un. in pr. Episcop. Abbat. vel Abbatis eo, quòd [illegible] non sit dominus, sed tantùm Administrator rerum Ecclesiæ c. 2. [illegible] donation. c. ult. c. 12. q. 1. c. 1. c. 14. q. 1. Bl. in c. un. ff. do[illegible] & ibi Alvarott. in fin. Si de feud. defunct cont sit. unde fidelitatis [illegible] quod in prima investitura Ecclesiæ vasallus Prælato præstitit [illegible] Ecclesiæ ei dedisse censetur. At Ecclesia semper præstò est etiam defuncto eo Prælato. E. durare dicitur perpetuò virtus juramenti illius [illegible] quamdiu vasallus ille juratus vivit; ratio, inquam, illa arg. à pari [illegible] admittit? Etenim quando vasallus domino suo & heredibus [illegible] simul juramentum fidelitatis præstitit, eo ipso quoq, domino ejusq, heredibus semper præstò est; semperq, habet dominum, cui juratò est ob[illegible]. E. tale juramentum semper efficax est, semper ligat & ligatum [illegible] tenet vasallum; E. non necesse habet vasallus, ut ad superfluitatem adhuc frequentius idem ijdem juret.

XXXIII.

3. Caussa, est post incursam caducitatem nova investitura [illegible] eodem domino eidem vasallo facta, cui tunc legitimum [illegible] non decurrit; sed totaliter redintegratur in fidelitate [illegible]anda. *a)*. 4. est domini servitiorum à vasallo

receptio,

receptio, si ille ob legitimum tempus non observatum feudo aliàs cecidisset. *b*). 5: est contentio duorum vel plurium heredum domini de domini successione, quo flagrante vasallus fidelitatem jurandam differre potest, quoad constiterit, uter ex illis duobus contendentibus defuncto domino succedat, & ita à quo investitura repetenda & cui fidelitas juranda sit. *c*).

a) *Jacob. de Belvis. Andr. de Isern. Bl. n. 5. de Alvarott. num. 7. Land. n. 14. Præposit. n. 4. & seq. Matth. de Afflict. n. 113. quo temp. mil. investit. peter. Siquidem dominus per hoc vasallo omne delictum ex negligentia contractum remisisse, caducitatem commissam ignovisse & juri suo renunciasse intelligitur arg. l. post diem. 7. ff. de leg. commissor. l. fin. ff. de eo quod cert. loc. Schrad. p. 6. c. 2 n. 78. Rosenth. c. 6. concl. 61. n. 1.* b) *secundum eosdem Dd. d. loc. Nam nemo potest se eo juvare quod impugnavit, vel cui contradixit. c. ex eo ubi Dyn. de R. J. in 6. Neq, benè se compatiuntur si dominus dicat nolo te vasallum, & eo non obstante ab eodem tanquam vasallo recipiat servitia fidelitatis, ut in alio genere arg. concludit Rosenth. d. concl. 61. n. 8. Siquidem exinde contradictio in adjecto manifeste implicatur.* c) *arg. c. si verò extr. de jure Patronat. l. si perlusorio. 14 §. fin. ff de appellation. & de hoc pluribus egimus suprà disput. 2. membr. 3. th. 16.*

XXXIV.

6. Caussa, est mors domini, cui per electionem succeditur. Nam si quis feudum possidet ab Imperatore, vel Episcopo, vel Prælato vel alio domino cui per electionem succeditur, mortuo domino, tempus legitimum petendi investituram vasallo non currit, antequam alius dominus in locum prioris domini eligatur, *a*). Hodiè tamen in Imperio Germanico-Romano secundum leges fundamentales si vacante Imperio eligendus est Imp. Elector Palatinus potestatem habet investiendi de feudis, & juramenta fidelitatis vice & nomine sacri Imperii recipiendi: Regalibus duntaxat feudis exceptis & soli Imperatori vel Regi Romanorum pòst electo reservatis; apud quem etiam illa, de quibus Elector Palatinus investituram fecit suo tempore innovari, & de novo ipsi juramenta præstari debebunt. *b*). 7. est nondum facta investitura domino feudi à suo domino de jure Saxonico. *c*). 8. est hereditas domini nondum adita ab extraneo

neo herede domini; vel à suo herede nondum suscepta pos-sessio. *d*).

a) *Jacob. Ardiz. t. quib. mod. feud. amitt. §. quid si vasallus, Matth de Afflict. in c. un. in pr. quæ fuit prim. cauf. benefic. amitt. arg. l. si dictum. 56. §. pen. ff. de evict ion. l. pecuniæ. 9. §. fin. ff. de usu-fr. ... facit c. 1. extr. de præscript.* b) *ex constitut. A. B. Carol. IV. t. 5. de Jur. Comit. Palatin. Vult. libr. 1. de feud. cap. 7. n. 18. Gothofred. Anton. disput. feudal. 8. th. 4. lit. a.* c) *Nam si rem illam, quam vasallus in feudum sibi concessam habet, dominus feudi ab alio, feudi titulo, recognoscat, antequam is dominus à suo primo domino de feudo investitus fuerit vasallo debitum tempus non currit art. 25. & 26.* Lehnrecht *Schrad. d. c. 2. n. 33.* d) *Nam si heres domini est extraneus & talis, qui in jure directi non succedit, nisi adita hereditate domini, æquum est, ut vasallo ante istam aditionem factam tempus non labatur; Siquidem ante eam ab eo renovationem nec petere eig, nec fidelitatem jurare; nec heres illam neque conferre, fidelitatem recipere potuit arg. l. dies cantionis. 4. §. totiens 7. ff. de damn. infect. l. 4. in fin. l. ult. ff. de leg. commissor. l. 9. §. ult. l. 17. §. 3. ff. de usur. Sylvan. q. 79. Rosentb. cap. 6. concl. 48. num. 8. Itemq, si directus dominus, ut est etiam suus heres domini, & sic sive pater dominus sive filius dominus non est in possessione directi dominij (siquidem quòd suus heres adeat hereditatem dicendus non est) vasallus excusatur. Schrad. d. p. 6. c. 2. n. 55. & huc quadrant supr. de poss. th. 24. lit. c. tradita.*

XXXV.

9. Caussa, est traditio rei feudalis alicui tertio per dominum feudi facta. *a*) 10. est ipsius domini detentio rei feudalis; *b*) 11. est infantia domini; Nam si dominus est infans neque tutorem habet, tunc vasallus non petens investituram neque fidelitatem jurans tempore debito excusatur. *c*) Secus est si tutorem habet, ab eo enim necessariò investituram petere & consequenter ipsi fidelitatem jurare tenetur. *d*). De domino pupillo quoad hanc quæstionem hucusque ventilatam omninò diversum jus est, quàm ut antea assertum fuit in vasallo pupillo. Et quidem de pupillo domino hi duo casus principaliter sunt observandi; I. Aut dominus pupillus est sine tutore; sed intellectum habet & scit quid agat, ut qui ætatis est provectioris,

ctioris,

ctioris, & ab eo tum investituram repetere tum fidelitatem ei necessariò jurare cogitur vasallus intra tempus justum, aut feudo privabitur. *e*). 2. Casus aut dominus feudi pupillus tutorem habet & tunc aut cum ejus consensu investituram renovativam facit vasallo, ab eoque fidelitatem juratam hoc nomine recipit, & dubium est nullum, quin hæc omnia valeant adeoque vasallo debitum tempus necessariò currat, *f*): aut dominus feudi pupillus tutorem habens adhuc sine ejus auctoritate renovationem vasallo facit, ab eoque eo nomine fidelitatem recipit, & hæc quoque jure optimo fieri, & vasallum exinde ad petitionem a tali domino pupillo necessariò compelli affirmamus. *g*). Notandum tamen singulariter illud est, quòd dominus feudi pupillus tutorem habens sine ejus consensu hæc quidem facere possit, eum tamen vasallo eo nomine non obligari, adeoque ad hos actus nulla necessitate cogi. *h*). Puberem quod attinet, dominum feudi in eo diversum jus est, quàm ante in pubere vasallo fuit: Nam vasallus pubes etiamsi investituram renovare cogatur, juramentum tamen fidelitatis non coactè sed voluntariè & sponte sua præstat; contra verò pubes feudi dominus tám investituram renovativam vasallo petenti facere; quàm juramentum fidelitatis ab eo recipere cogitur, sive dominus ille pubes & minor curatorem habeat, sive non habeat. *i*). 12. Caussa, est deficiens curator ventris viduæ prægnantis relictæ à domino. *k*).

a) *Hoc casu vasallus ne quidem investituram petere tenetur q[illegible] tertius ille rem feudalem possederit. c. un qui successor. teneant c [illegible] de feud. Alvarott. in c. un. quæ fuit prim. causs. benefic. amitt. [illegible] c. un. Capitul. Corrad. Curt. p. 4. num. 23. Sonsbec. p. 11. num. 2 [illegible] vers. 7.* b). *Etenim dum dominus rem feudalem detinet, nec vasallum cum possessionis oblatione ad recognoscendum feudum interp[illegible] vasallus à debiti temporis observatione liberatur. Sylvan. q. 6. num. [illegible] & q. 76. num. 4. 5. Vult. c. 7. num. 81. vers. Verumenimvero. Besenth. cap 6. concl. 44. num. 3.* c) *c. un ibi: infantia. quo te[illegible] mil. investit. peter deb. ubi addit Jacob. de Belvis. se habere a[illegible]*

text[illegible]

textum: infantia & infamia. d) *Afflict. ad d c un num. 66 Alvarott. num. 1. Præposit. num. 6. Sylvan q. 54. Ardiz. rubr. 12 per l. potuit. 5. & l. si infanti. 18. C. de jur. deliberand* e) *Ardizon. d rubr. 12. Blanc. cap. 4. num 7. Claud. Seyssell. t. qui feud. acciper. poss. Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. num 49. Schrad. p 6. c. 3. num. 20. Vult. c. 3. num. 7. Rosenth. cap. 6. concl. 42. lit. d. vers. sed an vasalli.* *Et probatur:* I. *per tex. in c un. in pr. per quos fiat investitur. ubi tex. non distinguit, an dominus pupillus tutorem habeat nec ne?* II. *per tex. in c. un. in pr. in verb. infantia. quo temp. mil. investit. peter. ubi Jacob. de Belvis. & domini & vasalli infantiam intelligit.* E *à contrario sensu cùm propter infantiam tantùm domini vasallus excusetur, non utiq; propter ejusdem ætatem pupillarem excusabitur, cùm ratio diversitatis sit in contrarium; quia talis intellectum habet & scit benè quid agat.* III. *quia renovande investituram antiquam dominus pupillus conditionem suam facit meliorem, fortius sibi quoque obligans vasallum; cessante igitur ratione juris prohibitionis, cessat ius ipsum.* IV. *quia pupillus dominus, modò sit intelligens, ex obligatione suorum antecessorum & dispositione juris feudalis ad renovationem faciendam tenetur,* adeò ut si eam facere detrectet, eo nomine cogi possit ut notat *Vult. libr. 1. cap 3. num. 7. vers sed sententia illa prior.* *Etenim dominus & vasallus ad paria tenentur; c. un. in fin. de form. fidelit. c. un. §. 1. de consuetudin. feud. recti. at vasallus si talis cas. pupillaris ætatis domini benè intelligentis investituram non repeterit neq; fidelitatem juravit, feudo privatur, adeoque ad recognitionem tenetur* E. *& dominus eodem hoc casu ad renovationem feudi faciendam & fidelitatem juratam recipiendam cogi potest.* f). *Nam quod pupillus sine tutore facere potest, illud multò magis tutore auctore facere potest.* g). *post Jacob. de Belvis. ad c. un. per quos fiat investitur. Blanc. lib. 1. cap 4. num 6 Jacob de S. Georg. in verb qui quidem investit. num. 48 Zas p. 5. n. 37. Sylvan. q. 56. Borcb. de feud. c. 5. n. 42. testatur ita Bl. Alvarott. Andr. de Isern. & Dd. c. tenere in d. c. un. per quos fiat investit. & post hunc Vult. cap. 3. n. 7. vers. adeo autem. Et ratio est: quod is, qui actum confirmat, nihil novi inducere, sed vetera solummodò jura confirmare dicatur in c. 1. de confirmat. util. & inutil. & c. cum dilecta. § nuper autem. eod* *Et actus alicujus confirmatio*

 dicitur

dicitur fieri in communi forma, id est, in forma priori nihil addendo, nihilq; detrahendo c. quia diversitatem de concession. præbend. E, ut ab initio investitura fuerit, ita vicissim renovatur Ardiz. d. rubr. 12. Geil. libr. 2. obs. 1. num. 3. h) *Zas. p. 5. d. num. 37. Seysell. d. p. 3. limitat. 1. & post hos Rosenth. cap. 3. lit. f. tum quia de necessitate & coacta obligatione nullum jus hoc casu traditum reperitur; tum quia dominus & vasallus ad paria tenentur; At si hoc ipso casu vasallus à domino pupillo, absq; tutore auctore, feudum non recognovit, eadem feudo non privatur; sed à tutore vel ab illo unà cum tutore auctore illud recognoscere potest.* i) *id quod planum est de domino feudi pupillo hucusq; disceptatu. Nam si pupillus ita teneatur, multò magis utiq; minor vel pubes tenebitur per. c. un. per quos fiat investitur. c. un. in pr. in verb. infantia. quo temp. mil. investit. peter. deb. Schrad. p. 6. c. 2. num. 31. & cap. 3. num. 20. Vult cap. 7. num. 67.* k). *Præposit. in c. un in pr. num. 1. in fin. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. Curt. p. 4. num. 56. Mozz. de substantial. feudor. num. 49.* Quod tamen hoc moderamine & hac distinctione comprobamus *post Rosenth. cap. 6. concl. 41. num. 2. Gothofr. Anton. disp. 8. th. 4. lit. d.* Aut feudum *dominans ejus est natura ut in eo partus succedat, sive masculus sive fœmina nascatur, id est, si in dominio rei feudalis directo jure succedant tàm masculi, quàm fœminæ, dubium non est, quin à Curatore ventris constituto vasallus petere teneatur, eiq; tempus currat, quo minus sit excusandus, l. qui in utero. 7. & 26. ff. de stat. homin.* Aut fundus *dominans sive curia domini non descendit ad fœminas, ut inde in incerto res sit, dum an masculus nascatur expectandum est, immò si alius se offerat & se dominum esse contendat; hoc casu si vasallus curatorem ventris ordinario tempore non adeat, non adeo graviter deliquerit, ut feudo sit privandus, quid? quod ob incertitudinem hanc excusandus sit qui differt.*

XXXVI.

13. Caussa est absentia domini *a*) quælibet sive justa sive injusta. *b*). Nisi tamen dominus domi reliquerit Procuratorem, Vicarium sive Commissarium specialem ad investituræ recognitionem & fidelitatis juramentum recipiendum, ad quem si vasallus intra debitum tempus non venerit, non erit excusandus. *c*) Et hoc ipsum jure Saxonico receptum est. *d*)

14. est infamia domini, sed illa tantùm magna, ut quæ tanta est, ut fidelem sacramento liberet, ut si dominus est excommunicatus excommunicatione majore aut bannitus, sive proscriptus vel diffidatus, ut vulgò loquuntur, ab Imperatore vel Rege. e). 15. est domini in investitura renovativa vasallo petenti conferenda absque caussa recusatio vel procrastinatio nimia. Siquidem si dominus à vasallo requisitus investituram ei conferre ab eoque juramentum fidelitatis recipere noluerit vel nimium procrastinatus fuerit, vasallus impunè potest domini requisitionem expectare. f). 16. est consensus domini in emtionem venditionem, refutationem vel alium aliquem titulum singularem, quo alius à vasallo priore feudum acquisiverit, tunc propter hunc consensum domini, hujus feudi nomine novus ille vasallus investituram nec repetere nec fidelitatem jurare tenetur. g). 17. sunt inimicitiæ capitales inter dominum & vasallum; & quidem non tales tantùm inimicitiæ domini, quæ vitam naturalem vasalli; sed & quæ vitam ejus civilem insectentur; ut si dominus vasallo moveat quæstionem status, capitis, honoris; aut si à domino vasallus metuat sibi damnum omnium vel majoris partis bonorum; aut si aliàs à domino probabiliter damnum in bonis suis vasallus metuat. h). Immò licet inimicitia domini ne quidem talis capitalis sit, si modò gravis vel acris sit, i).

a) *Curt. p. 4. num. 49. Schrad. p. 6. c. 2. num. 39. arg. l. pecuniæ. 9. §. fin. ff. de usur. l. 1. §. dies. ff. quand. appelland. sit.* b). *Bl. Alvar. Præposit. in d. c. un. quo temp. miles investit. peter. deb. Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investit. num. 52. Curt. d. num. 49. Sylvan. q. 72. & seq. Schrad. d. n. 39. Vult. c. 7. num. 74. Rosenth. cap. 6. concl. 50. num. 2. arg. d. l. pecuniæ. 9. l. cum quidam. 17. §. si pupillo 3. l. paratum. 47. ff. de usur. l. si fundus. 4. in fin. l. ult. ff. de leg. commissor. l. continuus. 137. §. illud 4 ff. de V. O. l. Mævia. 13 ff de annuis legat. l in omnibus. 39. ff. de R. J.* c). *quia tunc dominus absens non videbitur gl. in c. un. in verb. absentia. quo temp. mil. investit. peter. deb. arg. l. item ait prætor. 21. §. hæc autem restitutio. ff. ex quib. caus. major. Sylvan q. 73 Jacob. de S. Georg in verb. qui quidem*

 inve-

investiti. num. 54. Schibec. p. 11. num. 8. Mozz de substantial. num. 45. vers. 5. Schrad. p. 6. cap. 2. num. 40 in fin Vult d num 74 vers quòd si tamen Rosenth. cap 6. conclus 50. lit. 1 cum plurib. allegat. d) cap. 50 [illegible] Vult. d. num. 74. vers. quod idem Rosenth. d. conclus [illegible] c) secundum Dd. omnes in sapè d c. un. quo temp. mil [illegible] it. peter. deb. Jacobin. de S. Georg. d. verb num. 50. Sylvan. [illegible] & 70. Schneid. p 5 n. 47. Schrad. p. 6. cap 2 num. 53. Vult. cap. 7 num. 73. Rosenth. cap 6. conclus. 41. f) Schenck Baro. in c. un. num. 7. vers. nemo excipitur. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. Sylvan q 30. & seqq. Gothofred Anton. disput. feudal 8 th. 4. lit. 1. in fin. arg. l. 23. §. fin. l. 40. in fin. ff de recept. arbitr. l. qui Romæ. 122. §. Seja. 5. in fin ff. de V. O. g) Andr. de Iser. in c. un. §. sed & res. & ibi Matth. de Afflict. num. 37. per quos fiat investit. Schrad. p. 6. cap. 1. num. 11. Etenim quando quis consentiente domino feudum emit, ejusq; possessionem à venditore consequitur, perinde habetur, atq; si de hac re à domino realiter investitus esset. arg. l lege obvenire. 130. ff de V S. adde supr. disput. 1. th 42. h) Laudens. in c. un. num. 6. & ibi: Dd omnes quo temp mil investit peter. deb Schrad. p. 6 c. 2. num. 34. Vult. cap 7. num 75 Rosenth. cap 6 conclus 53. Etenim honoru quàm rerum & vitæ jactura major gravibus viris solet esse l. in-stæ. 9 ff. de manumiss. vindict. l. isti quidem. 8. § quòd si dederit 26. in pr ff si quis omiss causs. testament Et pecunia est alter hominu sanguis & vita gl in l. Advocati 14. C. de advocat. diversor judic. R[illegible] 1. num. 13 de judic Borcb de feud. cap 8 num. 14 & cap. 7 [illegible] num 43. Et odium æquè capitale per litem de pecunis grandi co[illegible] atq; de persona dicit Cravett consil. 387. num 19. & 20. per c. [illegible] extr. quod met. causs. cap. recens de restitut. spoliator in 6. i) Sch[illegible] q 42. num 2. quam acrem dicit Zas. p. 7. num 4. facit l. 3. [illegible] lum & quæ ibi not Br. de alimend vel transferend legat l. 6 §. [illegible] remissionem. 17. & seq. l 21 ff de excusat. tutor §. capitales 11. & l. inimicitiæ 9 ff. de his quib ut indign ubi de gravissima [illegible] ria idem quod de Capitali sta ut videtur Gothofred Anton disp feud th. 4. lit 6. Et elegans est ratio quam suppeditat Rosenth. cap. 6. concl 53. n 4. quod hujus excusationis ratio sola non sit injuria vasalli, sed etiam domino offenditur, dum eam accedit, sed etiam quòd grave sit, [illegible] mico præter culpam facti, fidelitatem juramento devinciri.

XXXVII. 18. Caus.

XXXVII.

18. Caussa, est factum domini contra Deum & divina vel religionem; Contra jus naturale & bonos mores. a). 19. est factum domini feudi quodcunque contra Imp. b), vel Regem, vel alium suum magistratum superiorem non recognoscentem c). 20. est factum quodcunque domini feudi contra summum Pontificem Romanum d). 21. est factum domini quodcunque contra Ecclesiam. e).

a) *quia facta quæ lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est, inquit Papinian. in l. filius fam. 15. ff. de condition. instit. & pacta adeoq; facta quæ contra leges Constitutionesq; vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere indubitati juris est l. pacta. C. de pact. & impossibilia dicuntur, quæ non nisi cum dedecore [illegible] Gothofred in not. ad d. l. 15. & Nov. 83. & pacta sunt impossibile & turpe. in nostra potestate non esse & injustum esse; quinimò [illegible] honestum; non possumus facere, quod honestè non possumus, [illegible] contra bonos mores possumus arg. l. avus. 79. ubi Gothofred. in not. [illegible] jur. dot. Vult. de feud. lib. 1. c. 10. num. 27. Rosenth. cap. 8. con[illegible] 9. num. 8. ut & conclus. 14. & 15.* b) *Nam si dominus feudi [illegible] Imp. quid moliatur vel arma sumat sive justè sive injustè vasallus [illegible] non tenetur ullam fidelitatem præstare neq; ante juratam servare; id quod uno ore asserunt F F. omnes per tex. in c. un. & insuper 2. in [illegible] de prohibit. feud. alienat. per Frider. c. un. in fin. pr. de nov. form. fidelit. Et facit quod Imp. in suo Imperio totius illius territorii & orbis & [illegible] omnium sub eo consistentium dominus sit & supremus l. [illegible] Zenone. §. 1. C. de quadrien præscript. l. deprecatio. 9 ff. ad L. Rhodiam de jactu Et Imp. est Corporalis mundi Deus; & tanquam [illegible] numen, & ut stella matutina in medio nebulæ meridionalis [illegible] inter omnes Reges; unde sicut non juratur contra Deum, ita nec contra Imp. Bl. in d. c. un. §. fin. num 24. de prohibit. feud. alien. per Fridericum.* c) *Andr. de Isern in d. c. un & ibi Laudens. num. 7. & [illegible] num. 7 de nov. form. fidelitat. Vult. d. c. 10. num. 19. in fin. vers. [illegible] dem.* d). *Si namq; contra summum Pontificem dominus*

nus feudi sive justè sive injustè venerit, vasallus illi domino suo fidelitatem jurare vel servare non tenetur. Nam & summus Pontifex in omni juramento exceptus intelligitur; Sed tamen in iis tantum territoriis & regnis, quæ tanquam feuda ab ipso recognoscuntur, ut in regno Siciliæ *& similibus, non etiam in alijs, quamvis ratione religionis & fidei sedem Romanam recognoscentibus Rosenth. d. c. 8. concl. 15 num. 4. in fin. quia in ejusmodi territorijs & regnis Pontifex superior habetur c. venientes. 19. ff. quia verò. in fin. ubi Pontifex de seipso loquitur extr. de jurejur. Vult. c. 10. num. 29. Rosenth. d. n. 4. & FF. omnes. in c. un. de nov. form. fidelitat. Et Papa prout in suo territorio jure Monarchæ regnat & jura principalia tenet, id ei concedendum; quatenus verò vicarius Dei & Christi nostri circumfertur nequaquam Jan. ab Arc. Dur. cap. 3. concl. 6. n. 10. c) Nam si contra Ecclesiam sive ex justa caussa sive sine justa caussa vel bellum moveat, vel armata manu vel aliàs vi bona ejus invadat, vasallus ad fidelitatem nullo modo tenetur vel præstandam vel servandam. arg. c. juratos. fin. c. 15. q. 6. & c. ea te. 22. extr. de jurejur. Schrad. p. 6. c 5. n. 6. in pr.*

XXXVIII.

22. Caussa, est factum domini contra ipsam personam vasalli. Nam si dominus absq; ulla data per vasallum caussa, vasallum invadit, lædit, reipsa offendit, vasallus eo ipso contra seipsum ut nec investituram feudi renovare ita nec fidelitatem clientelarem jurare: Immò juratam tali casu ne quidem servare tenetur. *a*). Ampliatur hoc: 1. Si vasallus domino suo juratò promisisset ea tempore, quo bellum gerat unum aut plures equos armatos in subsidium mittere, tamen si ipse cum domino suo belligeretur, ad hoc non teneatur. *b*). 2. Si in individuo Domino fidelitatem etiam contra seipsum vasallus promisisset, quin amplius etiam jurasset, nondum ad id teneretur. *c*). 3. etiamsi vasallus domino fidelitatem contra omnem jurasset, attamen tali juramento non obstante posset dominum sese defendendo ex justa caussa percutere. *d*). 4. etiamsi vasallus ob fidelitatem juratam in judicio pro alio contra dominum stare nequeat, potest tamen pro se, suaque & suorum existimatione contra dominum agere & defendere juramento tali ipsi non obstante, *e*).

a) junta

a) *Juxta Dd. omnes in c. un. hic fin. lex. Ravennas in c. un. vers. & vasallus licet. de nov. form. fidelit.* Jacob. de S. Georg. *in verb. & promiserunt. n. 13. Zas. p. 7. n. 34. Borch. cap. 7. p. 1. n. 41. Vultej. c. 10. n. 28. Rosenth. c. 8.* Concl. *15. n. 1. cum plur. sub lit. a. allegat. Et probatur.* I. *quia ipso jure naturali ordinata charitas incipit à seipsa, l. præses. 6. ff. de servit. Et aqua; Proximus sum egomet mihi; lupus mordet carnes alienas, suas lambit Jan. ab Arc. Dur. cap. 3. concl. 6. n. 14.* II. *quia in generali sermone persona loquentis & promittentis non continetur l. 18.* C. *de solution.* III. *quia ne quidem videtur vasallus consensisse in his, quæ sunt contra seipsum arg. l. 1. ff. de senator. l. Paulus. §. fin. C. de pignor.* IV. *quia frustra de hoc vasalli contra seipsum auxilio quæstio movetur: Nam vasallus aut ex culpa sua contra dominum à domino offenditur, & non contra seipsum, sed contra dominum feudo privatur, & fidelis desinit esse; aut à domino injustè offenditur, & hoc casu dominus non est juvandus contra extraneum c. un. in pr. hic fin. lex. E. utring; quoque te vertas, inanis est quæstio, an vasallus á domino læsus, ipsi domino contra seipsum debeat esse fidelis, ut quod per naturam fieri non potest.* V. *Constat per rationem ab impossibili, quam solam ut veriorem probat Jan. ab Arc. Dur. d. concl. 6. n. 15. & 16. (Prioribus tribus tanquam nimis generalibus, imperfectis & particularibus rejectis; sed tamen nostro judicio non admodum sufficienter, non benè, non verè) quia si vasallus contra seipsum domino, ipsum lædenti, esset fidelis, videretur suiipsius homicida fieri; ad quod se obligare contra juris præcepta, quo nemo dominus est membrorum suorum l. 13. ff. ad L. A. quodq; perficere, impium est juxta præceptum Decalogi non occides. Hinc rectè tenetur, quòd vitæ propriæ vitam domini præponere vasallus non obligetur Vult. cap. 10. n. 28 post plur. allegata. E. cùm hoc de jure sit impossibile, nec ad id arctare vel voluisse vel potuisse dominus censetur, nec jurando suscepisse aut potuisse vasallus Jan. ab Arc. Dur. d. n. 16.* VI. *quia in juramento fidelitatis clientelaris & obligatione inde descendente subintelligitur hac conditio: dummodo dominus feudi vasallo id servet, ad quod ipsi ratione feudi vicissim obligatus est Felin. in c. ego. n. 7. X. de jurejur. Schurff. Consil. 10. n. 20. libr. 3. arg. c. pervenit. ubi Abbas & Felin. eod. l. quæro. 56. §. inter locat. ff. locat. & post alios Sebrad p. 6. c. 5. n. 15.* b) *Alvarott. in c. un §. contra omnes. n. 4. Præposit. ibidem n. 2. vers. quid si autem vasallus. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti*

n. 15. in fin. ubi refert, se ita consuluisse. Borch. d. n. 41. Rosenth. d. concl. 15. n. 3. cum plur. sub lit. c. allegat. c) *quia talis promissio & tale juramentum tanquam contra charitatem naturalem est, prorsus nulla. Bl. in c. un. de prob. feud. alien. per Frider. Borch. d. n. 41. vers. immò etsi. Vult. d. n. 28. vers. immo verò.* d) *ut tradit Vult. d. n. 28. vers. quinimo. post Laudens. in c. un. de form. fidelit. n. 8. & ibi Afflict. n. 3. vers. sed quid si dominus. Nam dominus non servat fidem vasallo; at juramentum non servandum est frangenti fidem. l. cum proponas. ff. de pact. l. qui fidem. ff. de transact.* e) *Raven. in c. un. de form. fidelit. & ibidem Alvarott. n. 3. Laud. n. 5. Vult. d. n. 28. in fin.*

XXXIX.

23. Caussa, est factum vel commissum domini junioris adversus dominum antiquiorem. Nam si dominus junior sive offensus sive offendens venerit contra dominum antiquiorem, vasallus domino juniori contra dominum antiquiorem fidelis esse, eique servitia præstare aut succurrere non tenetur *a)* Quomodo verò antiquior feudi dominus cognoscatur, inter Feudistas nondum concordans est sententia; Nos ut res fiat plana & dominus antiquior verè notificetur hosce tres casus distinguimus: I. Si quis vasallus in persona sua diversa accipiat feuda, diversis etiam temporibus, puta primò feudum Tusculanum ab Electore Brandeburgico, postea feudum Clodianum ab Archiepiscopatu Magdeburgensi, hoc casu ut feudum antiquius ita & dominus feudi antiquior ex tempore concessionis in persona domini & acquisitionis in persona vasalli æstimatur. Itaque ut vasallus feudum Tusculanum prius ab Electore Brandenburgico acquisivit, Clodianum posterius ab Archiepiscopatu Magdeburgensi, ita illud antiquius, quam hoc est, & Elector antiquior, Archiepiscopatus junior feudi dominus est. *b)* 2. Casus: Idem est si jus tale feudi quoad punctum ejusdem temporis ex persona vasalli acquirentis continuatur in ipsiusmet vasalli heredes, v. g. Si vasallus ille qui habet feudum Electorale Tusculanum ut prius & Archiepiscopale Clodianum ut posterius decesserit relinquens duos filios Cajum & Sempronium; & feudum Tusculanum prius & anti-

quius

quius ad Cajum, feudum Clodianum posterius ad Sempronium in judicio familiæ hercifcundæ devolvatur; postea v. Sempronio sine herede masculo moriente feudum Clodianum etiam ad Cajum perveniat, hoc casu perinde ut antea in persona Patris, nunc in persona filii feudum Tusculanum prius manet & antiquius, Clodianum verò posterius; ac proinde Cajus Electorem dominum antiquiorem Archiepiscopatui domino juniori in fidelitatis & servitiorum exhibitione tenetur præferre. *c*) 3. Casus: Rursus per inversionem: Si tali casu, ut jam dictum, Cajus, ad quem feudum Electorale ut originaliter prius & antiquius pervenit, sine prole mascula moriatur, & Sempronius jam per successionem feudum illud Electorale Tusculanum etiam adipiscatur adhuc ad suum, quod jam ante habet Clodinanum, hic ingens est controversia, utrum jam feudum sit antiquius & uter dominus antiquior? an feudi antiquitas ex persona vasalli hoc & illud utrumque feudum possidentis? an verò ex feudi forma & qualitate originaria sit æstimandum? Nos posterius approbamus. *d*)

a) *Id quod uno ore etiam affirmant omnes FF. in c. un hic. fin. lex ubi in specie Laud. n. 8. Alvarots. in 6. Afflict. n. 7. Schenck Baro n 4. Sylvan. q. 109. n. 13. Hart. Pistor. q. 47. n. 34. & seqq. libr. 2. Valt. c. 10. n. 30. Rosenth. c. 8. concl. 15. n. 6. cum plur. sub lit. I. allegatu. facit tex. in d. c. un §. contra omnes. hic fin lex. c. un. §. illud de probib. feud. alienat. per Frider c. un. ubi gl. in verb. contra omnem hominem de nov. form. fidelit. Et vasallus non potest abjurare eum, utpote hoc casu dominum antiquiorem; cui prius fidem juravit; siquidem Conatus in contrarium perjurium nutriret; E. illud contra impossibile esset; Impossibilium autem nulla obligatio est. l 185. ff. de R. J. Jan. ab Arc. Dur. cap. 3. concl. 6. n. 11.* b) *Nam hoc casu qui prior est tempore, etiam jure suo & ratione fidelitatis sibi debitæ potior est arg. l. potior 11 ff. qui potior. in pignor. haben. & fidelitate duobus promissa prior posteriori præferendus est arg. l. in operis. 26. ff. locat.* c) *uti hic casus diserte decisus est in c. un. §. satis benè. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. & in extraordin. c. un. fact. fratr. fratri in feudo pater. non nocer. l. 39 ubi utrobiq; idem textus recensetur, ut hic ex capitulis extraordin. in constitut. Imp. Lotharii translatus videri possit, quem ele-*

 ganter

ganter explicat Hart. Pistor. d. q. 47. n. 41. & 44. Rosenth. cap. 8, concl. 17. sub lit. C. Cujat. libr. 4. feudor. t. 93. Zas. p. 7. n. 23. d) post Jacob. de Ardizon. & eum secutos Isern. Alvarott. vers. sed ego putatem, Præposit. Matth. de Afflict. n. 1 in d. c. un. §. satis benè, de prohibit. feud. alienation. per Lothar Curt. jun. p. 4. n. 131. Carol. Molinæ. ad consuetud. Parisiens. in t. de feud §. 2. gl. 4. n 4. Zas. p. 7. n. 23. Blanc. libr. 1. cap. 7. n 19. Hart. Pistor. d. q. 47. n. 44. & seq. Rosenth. c 8. concl. 17. n. 5. & ibi allegat. sub lit. b. Gothofr. Anton. disp. 7. th. 5. lit. e. Et probatur. I. *quia juris alicujus constituti forma aut qualitas prius assumta ex persona succedentium non immutatur. l. 2. §. ex his. ff. de V. O. Exemplum hujus est in pignorib. quorum qualitas ex persona heredum non immutatur; sed prioritas & antiquitas illorum ex prima constitutione æstimatur & permanet. Et vulgatum est illud: quod obligationis conditio non debeat mutari ex persona heredum d. l. 2. §. ex his. d. V. O. Atqui in proposito feudum illud Electorale Brandeburgicum Tusculanum tempore prius fuit in hac familia & generatione, in qua jam per gradus devolvitur, Clodianum est tempore posterius. E. Tusculanum illud hoc Clodiano est potius, quò minus ex persona succedentium, ejus antiqua forma immutetur arg. l. potior. 11 ff. qui potior in pignor.* II. *Quia feuda non hereditario modo; sed ex pacto & providentia antecessorum nobis magis obveniunt. E. eorundem etiam qualitas & forma primitus & originaliter assumta rem ipsam feudalem magis, quàm personam vasalli afficit, & non solùm primus acquirens; sed etiam omnes simul descendentes in prima investitura contrahere & jus acquirere dicuntur. E. contractus feudalis & per contractum prima omnium constitutio feudi inde usq; ad extremam hanc successionem antiquissimi temporis est, atq; ita continuatur. E. antiquitas feudi πρώτως ex feudi constitutione & primi vasalli acquisitione consideratur; non ex modo quodam succedendi subsequentium vasallorum.*

XL.

24. Causa, est factum domini feudi adversus dominum domicilii vasalli. *a*) 25. est factum domini feudi adversus dominum officii vasalli. *b*) 26. est factum domini contra patriam vasalli; Nam si dominus feudi contra patriam vasalli venerit, vasallus ipsi neq; fidelis esse, neq; eum juvare debet. *c*) in tantum quidem ut si patria vasalli contra dominum feudi

ipsius

ipsius venerit, nondum vasallus contra patriam suam dominum suum debeat juvare. *d)*

a) *Nam si dominus feudi sive offendens sive offensus venerit adversus dominum domicilii vasalli,* wider seinen Erbherren / *cui vasallus jure subjectionis est adstrictus, vasallus ei fidelis esse non tenetur. Nam juramentum subjectionis fortius ligat quàm fidelitatis clientelaris unquam; quòd si igitur propter juramentum fidelitatis clientelaris excipitur antiquior feudi dominus; multò magis propter juramentum subjectionis excipitur dominus domicilii, ut contra ipsum domino suo feudi succurrere vasallus non teneatur. Knichen. de sublimi territor. jur. cap. 3. n. 162. Jan. ab Arc. Durra cap. 3. concl. 6. n. 17.* b) *Nam si dominus feudi itidem sive offendens sive offensus contra dominum officii vasalli venerit, cui juramento assecurationis vasallus est obstrictus;* wider seinen Herren / welchen er mit Dienstpflicht verwandt ist / *tunc domino feudi vasallus ex fide jurata succurrere non tenetur; Nam & juramentum assecurationis fortius quàm unquã omne fidelitatis clientelaris juramentũ adstringit; si igitur propter juramentum fidelitatis clientelaris antiquior feudi dominus est exceptus, utpote cui prius & firmius est adstrictus præ juniore; multò magis dominus officii vasalli propter juramentum assecurationis est exceptus, cùm hoc firmitate obligationis illud superet & excedat Knich. & ab Arc. Dur. d. loc.* c) *secundum Dd. omnes in c. un. §. contra omnes. bis fin. lex. Nam si antiquior feudi dominus est exceptus. E. multò magis patria vasalli; nam patriæ vasallus non solùm plus debet, sed quæ & ipsa, utriusq; etiam, antiquior domina est, cui simul ac nascuntur, fidelitatem debent, quæ sibi ortus eorum partem patribus etiam vindicat potiorem arg. l. veluti. 2. cum ibi notat. ff. de J. & J. Jan. ab Arc. Dur. cap 3. concl 6. n. 13. & plura patriæ elogia eleganter tradit Borch. cap. 7. n. 42 p. 1. Ex quibus relinquitur nefandum esse scelus, si quis quocunque modo, adeoque in gratiam domini sui feudi, contra patriam suam, adeoq; contra primam omnium ipsi datam fidem, venerit.* d) *Nam vasallus non debet domino subvenire contra patrem injustè offensum, ut mox dicetur; attamen patria patri debet, omni modo præferri, in tantum, ut si prò patria injustè etiam offendente filius aut pater filium occiderit, etiam præmio eam afficiendum omnes constituerint; Immò ne lugendus est unquam, qui telis ad patriam venit l. minimè. 35. ff. de religios. Si igitur patria vasalli contra patrem ejus licet offensivè & injustè venerit, vasallus non tenetur patrem juvare contra patriam; quippe*

V 3 quod

quòd ipsius adhuc patria sit, ejusq; cognatio & charitas omnium prima; multò minus si patria vasalli contra dominum feudi, quamvis offensivè, venerit, vasallus non tenetur adversus patriam suam dominum feudi juvare, sed utrinq; ab omni adjumento præstando liber poterit esse; à domino quidem liberalitur propter primam ex charitate patriæ obligationem; à patria erat, si modò possit, liber, quià illa dominum injustè offenderit.

Ergo hoc casu vasallus benignius faciet, dum poterit, si adjuvet patriam suam ad defensionem ejus: *non verè eandem ad offendendum patrem vel dominum adjuvet, arg. pr. c un. ibi: sed cum palam, hic fin. lex. id est, ita provideat vasallus, ut patriam reddat placabilem eã reconciliando, quo tribuat illa cuiq; vel patri ipsius vel domi feudi ipsius quod est suum; ac exinde hi cum ea sint contenti, adeoque patriam defendat, hos verò non offendat vasallus.*

XLI.

27. Caussa, est persona patris vasalli, de qua an excepta sit, scilicet quo minus contra patrem suum vasallus domino suo fidelitatem feudi jurare vel fidelis esse debeat quia Dd. variè inter se concertant, pro planiore via, & compendiosa Dd. inter ipsos conciliatione, hanc regulam ampliando & limitando ponimus generalem: Vasallus regulariter patrem suum præ domino feudi vel contra dominum feudi fidelitate amplecti, prosequi & juvare debet. v.g. Si in mortis periculo constitui videret hinc patrem illinc dominum, & alteri opẽ ferre posset, utrique non posset, in fidelitate exhibenda & ope ferenda patrem domino deberet præferre *a*)

a) *Jacobin. de S. Georg. in verb. & quidem promiserunt. n 14. Bl. in c. un. de nov. form. fidelit. n. 3. Affict. n. 7. Alvarott. n. 6. Zas. p 7. n. 29. Sonsbec. p. 11. n. 35. & seqq. Rosenth. cap. 8. concl. 14. n 5. & n cum plur sub lit. d. allegatis. tum quia hoc efflagitat præceptum Dei in decalogo quartum. & est doctrina Christi & Apostoli ad Collos. cap. 3. v. 20. ad Ephes. 6 in pr. E. filium patrem suum quoquo modo offendere ac lædere immo in alterius utpote domini feudi gratiam derelinquere in vitæ discrimine, est cum summa impietate conjunctum, & homine Christiano indignum. tum quia ipsa naturalis ratio efflagitat, ut liberi Parentibus suis pietatem & obedientiam præstent l. 2 ff. de J. & J. ut*

illos

illos adversus aliorum impetus defendant l. isti. 8. §. ult. ff. quod metus causa. l. 1. §. pen. ff. ad L. Cornel. de Sicar. can non inferend. c. 23. q 3. tum quia vasallus filius patri suo duplici vinculo obligatus est, cùm quòd ab eo vitam acceperit, tum quòd in ejus potestate sit. E. vecors esset & humanæ rationis expers censendus, si non agnosceret majorem ei pietatem & obedientiam deberi, à quo majus acceperit beneficium.

Hæc regula ampliatur: I. *Si pater vasalli dominum filii sui vasalli offendit, sed justè, tunc vasallus filius contra patrem suum domino non tenetur esse fidelis vel eum adjuvare; sed tamen hoc recipit distinctionem: Primò quidem si pater vasalli dominum filii sui vasalli offendit justè, puta eo casu, quò vasallus filius propter commissum aliquod domini, ab ejusdem fidelitate omninò liberatus est, vel quando propter commissum domini, vasalli fidelitas expiravit & in totum sublata est, puta quia dominus feudi bannitus, deportatus aut excommunicatus est, tunc vasallus filius patri suo justè offendenti contra dominum utiq; potest succurrere eumq; juvare & defendere per jura §. class. 1. de bannitis deportatis excommunicatis tradita. Deinde si pater vasalli dominum feudi filii vasalli offendit justè quidem; sed eo casu, quò vasalli filii jurata domino fidelitas adhuc perdurat, tunc vasallus filius dominum suum quidem juvabit sed ad defensionem domini, non ad offensionem Jan. ab Arc. Dur. cap. 3. concl 6. n. 20. post Vult. cap. 10. n. 33. Ratio est: quia hoc casu vasallus patri suo jure naturali prius & fortius est obligatus; domino verò feudi posterius ratione fidelitatis juratæ; Ergo contra patrem suum vasallus filius non potest pro domino venire; nec tamen domino fides jurata est frangenda; Ergo tantum hoc faciat, ut dominum suum ex fide præstita juvet quidem ad defensionem; non autem ad offensionem, ut patrem suum vasallus pro domino feudi vel in gratiam ejus offendat. Ad hoc facit expr c. un. in pr. hic fin. lex: atq; hoc fiet ita, si vasallus procuret, ut patri suo à domino obveniant quæ cupit & propter quæ offendit &c. atq; inde dominus sit in tuto, ejusq; secundum fidei juratæ tenorem incolume & honestum à vasallo conservetur.*

2. Hæc R. ampliatur; *Si pater vasalli à domino injustè offenditur, tunc vasallus dominum juvare non tenetur; Nam si dominus injustè offendit, tum ne quidem contra extraneum tenetur vasallus, ideoq; multò minus contra patrem suum injustè offensum tenebitur. Ergo quando pater vasalli injustè offenditur, dominus à vasallo non juvandus, nec proinde*

proinde quod pater sit; sed quòd injustè offendatur Jan. ab Arc. Dur. d. n.20. per pr.c. un hic fin lex.

3. Ampliatur: *Etiamsi, adhuc dubitetur an pater vasalli à domino feudi injustè offendatur nec ne, atq; inde patris injustitia nondum sit notoria, nondū dominus est contra patrem vasalli à vasallo juvandus; id quod asserimus contra Jan. ab Arc. Dur.d. concl.6. n. 21. Et I. quidem per c. un. in pr. hic fin. lex. ubi F. ait. Domino guerram faciente alicui, si sciatur quòd justè, aut cum dubitatur, vasallus eum juvare tenetur; hic textus loquitur de extraneo, qui nullo jure naturali vasallo conjunctus, aut cui nullo pietatis & reverentiæ fœdere ac nexu vasallus obligatus est; E. à contrario sensu* in dubio *vasallus contra patrem non debet dominum juvare; nam patri pietatem reverentiam & obsequii sancta officia præ alio quolibet debet.* II. *Facit ejusdem c. un. §. fin. hic fin. lex. ubi vasallus dominum debet juvare contra proprium patrem vel injustè offendentem vel justè offensum scilicet notoriè; Ergo secus est ubi de injustitia dubitatur.* III. *Quamvis vasallus domino vinculo juramenti obligetur, ut quod Deo præstitum ei etiam persolvendum sit, attamen in hoc casu dubio nihil certi est, ad quid juramentum præ parente vasallum obliget domino; E. in tali dubio prævalet jus naturale, & obtinet regula, quod juramenta, quæ naturam & pietatem lædunt, obligatoria non sint c non est obligatorium de R.J. in 6.* IV. *Quia cum anceps sit belli alea fieri posset, ut in tali dubio pateretur pater justus, etiamsi dominum vasallus tantùm ad defensionem ejus juvaret; siquidem hac ratione pater domino postponeretur, & domino fieret aliquid bene ratione defensionis, patri prorsus nihil, utut etiam pater nihil timeret periculi, quæ omnia sunt absurda.*

Limitatur eadem hæc regula. I. *Si pater vasalli dominum injustè offenderit, quo casu vasallus debet dominum juvare contra patrem suum etiam ad offensionem ejus. Vult d. c. 10. n. 33. Jan. ab Arc. Dur. d. conclus 6. n. 20. Et I. quia si tali casu filius prosiliat ad offensionem patris, ideo non peccabit, quòd peccans pater in legem, ejus beneficio non sit dignus arg. l. 37 in fin. ff. de minor. juncta l. 3. eod. l. 48. ff. de B V l. 12. §. 1. ff. quod met. caus. l 3. C. de Episcopal audient. ibi. quod fecit, expectet.* II. *Quia dum pater vasalli dominum filii sui injustè offendit, peccat in legem naturæ, quæ est, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; ergo aliam legem naturæ & divini juris in se stringit, soluto vinculo*

culo priore puta: patere legem quam tuleris; quodq; fatis aliis, idem & in te admittat. Ian. ab Arc. Dur. d. concl. 6. n. 23. III. *Facit huc d. c. un. §. contra omnes. hic fin. lex.*

2. Limitatur: *Si pater vasalli à domino feudi justè offendatur, vasallus filius contra patrem suum domino feudi fidelis esse eumq; juvare tenetur etiam ad offensionem sui patris. Nam si quis quicunq; sit in leges peccat, ex delicto noxius fit & reus; Ergo si pater vasalli in leges peccat, & reus fit delicti, adeo ut propterea à domino feudi justè offendatur, tunc si vasallus domino cui fide jurata obstrictus est, fidelis fuerit eumq; adjuverit cõtra ꝓpriũ patrem suum justè offendendum, tantùm abfuerit, ut quid in leges peccaverit filius, ut etiam justiciam promoverit, & Reipub. consuluerit; siquidem reatus personarum respectum tollit, & omnem observantiæ prærogativam. Ian. ab Arc. Dur. d. concl. 6. n. 20. Et huc quoq; facit d. c. un. §. contra omnes. fin. hic. fin. lex.*

Exempla hujusmodi justæ offensionis, *quam dominus auxilio vasalli sui contra ipsius vasalli patrem exercere jure possit, sunt.* I. *Si pater vasalli ad patriam delendam venerit; vel adversus eam arma sumpserit, vel eam prodiderit arg. l. minimè. 35 ff. de religios. & sumtib. funer.* 2. *Si pater vasalli religionem oppugnaverit Rosenth. cap. 8. concl. 14. n. 5. cum pluribus allegatis.* 3. *Si pater vasalli contra Imp. vel Regem arma sumserit, eoq; crimen læsa Majestatis commiserit per jura §. thes. 37. tradita. Et id genus alia exempla occurrere possunt.*

XLII.

28. Caussa est persona filii vasalli. *a)* 29. est ipsius vasalli propria uxor; Nam vasallus domino suo contra propriam uxorem suam non succurrens, aut eam ob offensam domino non offerens excusandus est, & ut feudo propterea non privetur, humanius est. *b)* Et quamvis vasallus, si in propria persona & à sua parte contra dominum veniendo eum offenderit, feudo privetur; attamen si uxor vasalli dominum offenderit, & eam ob offensam vasallus non offerat domino, non tanquam ob delictum suæ personæ propriæ vasallus feudum amittit. *c)*

a) *de qua eandem r. cum iisdem ampliationibus & limitationibus adstruimus, quam modò pro patre vasalli induximus.* b) *Rosenth. cap.*

 8, concl,

8. concl. 14. n. 11. & cap. 10. concl. 2. n. 2. Nam conjux cum conjuge una caro est Matth. 5. vers 32. & c. 19. Et indissolubile vitæ consortium habet §. 1. I. de patr. potestat. l. 1. ff. de R. N. c. fin. c. 28. q. 1. Ideoq; contra propriam carnem alteri fidelis esse, aut à seipso distare non potest. c) *siquidem illud facit ratio legis feudalis, ut quod vasallus domino fidelitatem juraverit, & sit 1. dominus & vasallus civiliter & legaliter tantùm vel fictione juris conjuges sint, & 2. si vasallus contra fecerit in ordine tantùm ab hominibus constituto fiat perjurus, & 3. pœnam mereatur civilem scilicet feudi amissionem; pro hoc militat ratio mystica conjugalis, 1. quia spiritualiter vasallus cum uxore sua una caro est, unde inexplicabilis est amor, qui vasallum benignius excusabit; 2. & si vasallus contra uxorem fecerit pro domino,* in ordine divinitùs instituto *fit perjurus, quod magis est fugiendum quàm perjurium in foro civili, quamvis & hoc delictum sit gravissimum; & 3. perjurium in conjugio potest caussari pœnam capitalem.* Concludimus igitur: *si uxor vasalli dominum offenderit, vasallus dominum juvare tenetur ad defensionem ejus, non verò ad offendendum conjugem suam, ob rationem sanguinis occultam naturalem & mysticam spiritualem.*

XLIII.

30. Caussa, est injusta caussa pugnæ & offensionis domini, adeoque ipsa injusta pugna, offensio, & bellum injustum domini adversus aliquem tertium. Nam vasallus dominum feudi in caussa justà pugnantem & offendentem juvare cogitur, ut & se defendentem licet injustè; eundem tamen alios injustè offendentem juvare non cogitur. a) 31. est mors domini intra tempus præfinitum contingens; & tali casu tempus antea vasallo à morte primi domini usque ad mortem secundi domini elapsum ex persona novi vel tertii domini redintegratur & quidem indistinctè sive in feudo novo sive in antiquo ut §. classe 1. de morte vasalli disputatum est.

a) *c. un. in pr. hic fin. lex. ubi Gothofred. in not. lit.* b. *c. un. ibi. etsi. arg. à contrario sensu de nov. form. fidelitat.* aut limita, quod injuste *offendentem dominum juvare quidem teneatur, sed tantum ad defensionem ejus, nequaquam ad alium offendendum d. c. un. in pr. hic fin. lex. Wurmser, de feud. obs. 37. Berth. cap. 7. n. 45. p. 1.*

CLASSIS TERTIA

EAS CONTINENS CAUSSAS, QVÆ EXTRA PERSONAM DOMINI VEL VASALLI IMPEDIMENTUM & consequenter excusationem ipsi vasallo pariunt, quò minus tempus debitum debeat observare, eoque .r. in pr. hujus membri traditam limitant.

XLIV.

Extra utriusq; & domini & vasalli personam caussæ remorantes vasallú, quò minus in investitura vel petenda vel repetenda ut& in fidelitate juranda ordinarium illud tempus ipsi currat, sunt: 1. Justus metus, qui in virum constantem cadit, cujusmodi est latronum incursus. *a)* 2. bellum flagrans in iis locis, per quæ vasallus transeat. *b)* 3. pestis. *c)* 4. morbus quicunque ob infectionem periculosus. *d.)* 5. tempestates & inundationes *e.)* 6. Si dominus feudi degat in loco inhonesto, *f)* quamvis magis consultum foret vasallo, si ad hæc expedienda in alium locum honestum, quò pôst dominus ageret, se deportaret. *g)* Limitantur tamen eadem hæc jura. si ita se eurea arctarit vasallus, ut his caussis cessantibus investituram intra legitimum tempus non peteret neque fidelitatem juraret. *h)*

a) *Mezz. de substantial. feudor. n. 45. vers. secundò Vult. c. 7. n. 83. arg. l si ut certo. 5. §. quod verò. 4. l. in rebus 18. in pr. ff. commodat. l. 50 ff. de administrat. tutor. l. 23. ubi Gothofred. de R. I. §. vasalli nostri. de pac. constant. ubi Bl.* b) *Sylvan. q. 50. & 62. Sonsbec. p. 11. n. 23. Schrad. p. 6. c. 2. n. 36. Vult. d. n. 83.* c) *Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 51. Laudens. in c. un. n. 6. quo temp mil. Bl. in d. §. vasalli. Zas. p. 7. n. 4. Vult. d. n. 83. Ripa in tr. de peste privileg. 7.* d) *l. 2. §. si quis. 3. & seqq. ff. si quis caution. c. negotiatorem 6. di, l. 88. l. Celsus. 23 §. 1. ff. de arbitr.* e) *Vul. d. n. 83. cum plur. allegat.* f) *Schrad. d. c. 2. n. 38. post Oldrad. consil. 43. & Zas. p. 6. n 29* g) *Zas. p. 7. n. 5. Schrad. d. n. 38.* h) *Rain. in c. un. quo temp. mil. investit. Mezz. d. vers. secundo. per d. l. 1. §. si quis. 3. ff. si quis caution. Vult d. l.*

XLV.

Et in summa vasallus propter alias adhuc caussas vel majores vel similes justas excusandus est. *a)* Et propter talem aliquam causam justam, quam diu durat vel ultra decennium vel longius vasallus omninò excusetur. *b)* Et hac causa aliqua instanter remorante vasallus procuratorem etiam domi relictum, si culpa vacat mittere non tenetur. *c)* Et denique si debitum tale tempus elapsum est, etiamsi vasallus celeri satisfactione moram purgaverit, attamen feudo privetur. *d*

a) *Schrad. p. 6. c. 2. n. 56. & seqq. post alios allegat.* b) *Præposit. ad c. un. n. 15. quo temp. mil. invest. peter. Schrad. d. c. 2. n. 62. & seqq.* c) *l. sed etsi procuratorem. 26. §. fin. l. nec non. 28. in pr. ff. ex quib. causs. major. l. quid tamen 21. §. si quis. 9. ff. de arbitr. l. contumacia. 53. §. pœnam. 2. l. 60. ff. de re judicat. l. si prætor. 57. in fin. juncta. l. rectè. 63. l. licet. 56. ff. de judic.* d) *Curt. p. 4. n 50. per multas rationes. Schrad. d. c. 2. n. 9. post Dd. alios allegatos.*

Πάρεργα.

Ex Jure pub.

I.

Pontifex Romanus de jure imperium non habet.

II.

Pontifex Romanus legibus civilibus subjectus est.

III.

Imperator Romanus non eget coronatione Pontificis.

IV.

Status Imperii Romani est Monarchicus.

V.

Legibus fundamentalibus Imperator ligatus eſt, Legibus vero tàm divinis quàm humanis, quatenus ſunt fundamenta ac media ſubſervientia majeſtati ad regendam Rempublicam ſolutus eſt; Aſt diverſimodè.

VI.

Imperium ſaltem eſt merum & mixtum.

VII.

Imperium merum jure proprio ſolus Imperator habet.

VIII.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium non habet jus primogenituræ.

IX.

Furioſus ita natus & hujus filius jus primogenituræ non habent. Furioſus ex accidenti illud habet.

X.

Non ob divitias; ſed virtutes, à ſummo Principe vel ab eo, cui Princeps hoc ſpecialiter, conceſſit, nobilitatus verus nobilis eſt, & dignior nobiliori genere nato: Hic tamen æquè benè moratus nobilitato præferendus.

Ex Jure privato.

XI.

Juri futuro regulariter renunciari non poteſt.

XII.

Minor propter contumaciam damnatus petens reſtitutionem in integrum reſtituitur: Sumptus tamen litis reſtituere cogitur.

XIII.

Bonæf. Profeſſor titulo munitus fructus tàm naturales quàm induſtriales percipiendo facit ſuos, Extantes dum bonæf. poſſeſſor eſt, conſumptos plenè, ita ut horum æſtimatio non debeatur. Bonæ autem fidei poſſeſſor titulo carens, uti eſt ille, qui pro herede poſſidet, fructus naturales percipiendo nō facit ſuos, induſtriales facit ſuos. Sed tàm conſumptos quàm

extantes restituere cogitur, si iis locupletior factus, cujus contraria probatio bonæf. possessori incumbit.

XIV.

Tàm malæ quàm bonæf. possessor impensas, quibus petitor locupletior factus est, deducere potest, & restituta re, non deductis impensis, uterque illas actione consequi potest. Hoc tamen speciale in judicio universali, ut possessor bonæf. deducat impensas, sive res existat sive perempta sit.

XV.

Jus repræsentationis non habet locum in linea collaterali, rescisso à patruis testamento per querelam inofficiosi.

XVI.

Jus accrescendi transit ad emptorem hereditatis.

XVII.

Ex contractu facio ut des præscriptis verbis datur actio.

XVIII.

Filius orthodoxus, quando propter hæresin defuncti ab ipsius successione excluditur, agnatus orthodoxus non præfertur fisco. Extraneo non delinquenti uterq; succedere potest.

XIX.

Stante statuto, quod pater, commisso à filiof. homicidio teneatur connumerata persona filiorum suorum & sua assignare portionem contingentem homicidæ, seu juxta æstimationem ejusdem heredibus mortui applicandam. Quæritur quodnam tempus in æstimatione attendendum? Sententiæ putamus.

XX.

Repressaliatus omne damnum & Interesse lucrum cessans extrinsecum & intrinsecum, ab eo cujus occasione damnũ passus est, sive sit privatus aliquis sive communitas, petere potest.

Ex Jure Feudali.

XXI.

Episcopi & Prælati Ecclesiarum non possunt Ecclesiæ res non solitas infeudari, in feudum concedere. Nec Episcopus in feudo Laico concesso succedere potest.

XXII. Filia

XXII.

Filia propter existentiam masculi exclusa non perpetuo censetur exclusa.

XXIII.

Si fœmina ad feudi successionem semel admissa fuerit, per supervenientiam masculi ea adhuc vivens removeri non debet.

XXIV.

Jus venandi, inter regalia non rectè computari asserimus.

Ex Jure Canonico

XXV.

Qui metu coactus juramento accedente aliquid promisit, solvere tenetur; Restitutionem tamen in integrum postea petere potest.

XXVI.

Concubinatum à jure civili permissum rectè sacri Canones prohibent. Malè verò à Pontificiis practicatur.

XXVII.

Sponsalia de præsenti, per sequens matrimonium etiam carnali copula consummatum non solvi, & sponsalia de futuro transire in matrimonium per carnalem copulam subsecutam, expressi juris est.

XXVIII.

Hinc quæro: Num etiam sponsus, qui sponsalia de præsenti, quæ sunt matrimonium habens essentialem perfectionem & ratione consensus & ratione personarum, celebravit, lucretur dotem sponsæ, stante Statuto, ut vir lucretur dotem uxoris? *Neg.*

XXIX.

Etsi concedamus de Jure Canon: mulierem intra annum luctus ad secunda vota transeuntem non fieri infamem:

Tamen

Tamen non concedimus à cœteris pœnis legalibus illam esse exemptam.

XXX.

Circa c. ea quæ de R. J. in 6. moralis & pulchra movetur quæstio. Episcopus vel alter superior statuit propter honestatem, ne mulieres certæ conditionis quibusdam utantur ornamentis; & contrafacientes excommunicavit. Utrum quæ habet contrafaciens pœnam incurrat? Resp. distinguendo inter non nuptam & nuptam. Quælibet non nupta præcisè tenetur obedire statuto. In nupta antem distinguo inter ornatum fucationis & ornatum vestium. Quæcunq; fucis utitur saltem ad fingendam pulchritudinem non habitam incidit in pœnam. In ornatu vestium rursus distinguo: Aut enim fit ad placendum virorum aspectui & ad concupiscendum, aut propter quandam jactantiaam, ut benè induta reputetur nobilior: aut fit hac intentione, ut placeat viro. Priori casu simpliciter debet obedire statuto. Secundo casu subdistinguo. Aut vir consentit expressè, vel tacitè non præcipiendo contrarium, & tunc mulier debet servare statutum: Aut expressè prohibet, ne uxor statuto obediat, & tunc debet velle obedire statuto, sed in effectu potius viro. Tertio casu mulier non peccat, nisi & maritus prohibeat.





DISPUTATIO V.

De

DUOBUS FIDELITATIS CLIENTELARIS EJUSQUE JURAMENTI COGNATIS, PUTA DE FIdelitate domesticitatis ejusque juramento; & fidelitate subjectionis ac ejus juramento sive homagio.

RESPONDENTE

ANDREA RENTZIO Egra-Bohemo.

MEMBRUM DECIMUM.

DE FIDELITATE ET JURAMENTO DOMESTICITATIS.

THESIS I.



Idelitas domesticitatis est, quam Principum Consiliarii & domestici, ut & Magnatum ac illustrium personarū ministri, ut sunt Cancellarii, Pincernæ, Dapiferi, Camerarii & alii; quin & aliorum privatorum dominorum ministri, adeoque omnium dominorum officiarii omnes sive sint dominorum suorum domestici sive non, per omnem functionem suam Dominis suis præstare & exhibere coguntur.

 Ejus-

Ejusdem fidelitatis domesticitatis juramentum est, quod id genus & officiarii domestici & ministri quilibet, etiam non domestici dominis suis non quidem ratione bonorum, quæ ab iisdem dominis suis habent; sed tantùm ratione familiaritatis sive domesticitatis & officii ac ministerii jurare & promittere coguntur; licet nulla etiam à dominis suis feuda recognoscant, vel nulla etiam bona allodialia sub iisdem possideant. a).

a) *Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 3. Anton. Capic. in Investit. feudal. cap. de feudor. jurament. §. domestici & familiares &c. Alvarott. ad c. un. n. 1. vers. secunda species. qual. jur. deb. vasal. domin. fidelit. Schneid. p. 5. n. 63. vers. secunda species. Vult. libr. 1. c. 6. n. 6. Rosenth. c. 6. concl. 85. n. 11.*

II.

Hæc fidelitas ejusque juramentum dicitur domesticitatis à prima origine, quod eam primitùs domestici, id est, Principum Consiliarii arcanorumque conscii & corporum protectores in aula & domo eorundem, præstare cogebantur; postmodum verò productum est ad quosvis Principum officiales, qui si modò sub alicujus Principis potestate vel jurisdictione sint sive cum eo in eadem domo commorentur sive non, omnes ex vi vocabuli & nominis, ut & ex identitatis ratione in familia Principum esse dicuntur. a).

a) *Vult. d. c. 6. n. 6. Rosenth. d. concl. 85. in lit. m.* I. *namq; domus non tantùm æstimari debet, ubi quis sedes & tabulas habet, suarumq; rerum constitutionem fecit l. in lege censoria. 203. ff. de V. S. l. 5. §. domum. ff. de injur. l. 8. in fin. l. 22. ff. ad L. Jul. de adulter. l. 1. §. domum. ff. de aleator. l. 1. §. 1. & §. domum. ff. de liber. agnoscend. l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infect. Sed etiam pro familia usurpatur; cum domesticum & familiare funus pro eodem accipiatur in l. 4. §. præterea. ff. si quis cautionib. & in l. 2. in fin. ff. de in jus vocand. Familia autem sumitur etiam pro potestate, cui aliqui aut natura aut jure subjecti sunt & pro patrisfamil. jurisdictione & agnatione l. pronunciatio 195. §. familiæ 2. vers. jure proprio. & vers. communi jure. de V. S. l. pater. 17. ff. de testib. Et domum & familiam proprius dicimus & comprehendimus omnes, qui sunt sub ejusdem patrisfamilias potestate sive cum eo eadem dom.*

domo commorentur sive non. At verò qui in officio alicujus sunt, quin in ejusdem potestate sint, non est dubium per l. potestatis. 215. ff. de V. S. E. qui in officio alicujus sunt, illi in ejusdem familia & domo familiares & domestici sunt. II. quia Feudista Obertus de Orto in c. un. qual. jur. deb. vasal. domin. fidelit. domesticum interpretatur per familiarem. E. hoc ipso innuit vocabulum domesticorum esse latius accipiendum. III. ubi par ratio ibi idem jus est statuendum l. illud. ff. ad L. A l. à Titio. ff. de V. O Everh. in top. legal. in loc. à simili n. 1. At non minus omnes, qui in familia & officijs Principum sunt etiam extra domum & aulam eorum, quàm domestici strictissimè ita dicti, dominis suis fideles esse debent; E æquè omnes Officiales Principum juramentum officij præstare debent.

III.

Ex his existimat Dn. Vulteius, quòd elegantius & plenius hæc fidelitas ejusq; juramentum appelletur fidelitas officii vel juramentum fidelitatis officii. *a*).

a) Siquidem ratione officij sui quod Officialis à domino suo habet & fidelitatem & fidelitatis juramentum præstare tenetur, quasi sit de ipsius domo, id est, familia. Vult. d. c. 6. n. 6 Et rectè ita ex eo, quia pinguius & generalius dicitur fidelitas & juramentum fidelitatis domesticitatis, familiæ vel assecurationis, quàm officij; eò quod hæc fidelitas & hoc juramentum principaliter ratione domesticitatis seu familiæ & assecurationis adinventum & introductum est, ut pateret. & dominus eò securior sit, ut propterea illud sæpè teneantur jurare illi, qui saltem in domo vel familia domini sunt, licet nullum officium à domino illo habeant, ut I. de agnatis & successoribus domini vel vasalli probabitur.

IV.

Vocant etiam hanc fidelitatem & juramentum ejus Interpretes fidelitatem & juramentum assecurationis. *a*). Nostro idiomate dicitur hæc fidelitas Rahts oder Dienstpflicht. *b*).

a) *Etenim domestici & familiares vitam, mentem, id est secretum, membrum & rectè honorem domini se custodire, jurare coguntur Schneid. p. 5. n. 63. Rosenth. d. conclus. 85. num. 11.* b) *Schneid. d. num. 63. Rosenth. d. num. 11.*

Digitized by Google

V.

Fidelitatem autem assecurationis domini à suis officialibus de omni jure exigere possunt. *a*). Ipsum verò fidelitatis assecurationis juramentum quantumvis non adeò liqueat ex jure nostro Justinianeo illos domesticos & protectores Imp. præstitisse, esse tamen illud ab officialibus omninò exigendum juri & juris rationibus congruum est. *b*).

a) I. *namq; fidelitatem domesticorum seu familiarium & officialium expressè mandat sacra Scriptura ad Roman. 13. in pr. & per tot. ad Ephes. 6. v. 5. Coloss. 3. v. 20. 22. ad Tit. 2. v. 9. & 1. Petr. 2. v. 18.* II. *eandem naturalis ratio dictitat l. veluti. 2. ff. de J. & J.* III. *Domesticorum officium, eorumq; dignitas ob summam in Principes fidelitatem etiam in jure nostro Justinianeo celebratur t. t. C. de domestic. & protector. libr. 12. quorum officium fuisse pro defensione non tantùm corporis, sed & honoris Imp. jugiter excubare auctor est Cassiodorus libr. 1. variar. & docet Cujac. ad l. 1. C. d. t. Vult. d. c. 6. n. 6. in fin. Eosq; Principum arcanorum conscios Alciat. interpretatur.* b). I. *quia pessimus nocendi artifex est improbus domesticus, nullaq; pestis ad nocendum vel magis præsentanea vel efficacior quàm familiaris inimicus gl. in l. 1. in pr. super verbo, domesticis. ff. ad SC. Syllan. & gl. in l. data. C. de donation. & gl. ult. in c. si inimicus. 1. distinct. 93. Et domestici sæpe aliquid moliuntur contra dominum, unde ratione suspicionis evitandæ tenentur tale assecurationis juramentum præstare Schneid. p. 5. n. 64.* II. *in d. c. si inimicus. 1. tex. elegantes dicit: Eum, qui, cùm corpore videatur esse nobiscum, mente tamen & animo contra nos est, multò nequiorem esse hostem, quàm illum qui foris est; hic enim per amicitiarum speciem, quæ inimica sunt gerit. Et hujus Canon. arg. elegantissimè correspondet illud Antigoni Regis, qui quotidiè Deum clara voce orabat, ut ab eo adversus amicos defenderetur. Interrogatus autem cur non potius adversus inimicos se tegi peteret? ab illis, inquit, qui palam hostes sunt, possum mihi ipse mediocri diligentia cavere; sed ab amicis fucatis & perfidis non possum mihi ipse cavere, sed Deo protectore opus est. E. cùm per tales amicos, domesticos ministros etiam intelligere conveniat, ut qui tanquam amici semper circum nos sunt, iiq; juxta Antigoni Regis effatum apertis hostibus strophis & dolosis machinationibus suis possunt esse pestilentiores, optima ratione ab ipsis juramentum assecurationis exigatur, ut per illud intra sui*

cujuslibet officij limites constringantur. III. *Domesticis fraudibus facilè quidvis pro negotij opportunitate confingi potest, vel id quod verè gestum est, aboleri inquit Imp. Constantin. in l. data. 27. C. de donation.* E *non adeò à vero absimile est, antiquitus etiam Impp. à suis domesticis arcanorum conscijs, & protectoribus corporum suorum juramentum fidelitatis exegisse.* IV. *quia hoc in consuetudinem jam dudum abijt c. uni qualit. jur. deb. vasall. domin. fidelit.* V. *quia & hodie sic consuetudine observatur; Consuetudo autem pro lege habetur l. de quibus. 32. ff. de L.* VI. *Idem decretis Canon. non obscurè confirmatur c. nimis. 30 c. petitio 31. extr. de jurejur.* E. *hæc fidelitas & hujus fidelitatis juramentum quolibet jure confirmatur.*

VI.

Juramentum igitur fidelitatis domesticitatis & officii usu & consuetudine quidem invaluit & obtinet, dum ita cœperunt domini à suis ministris juramentum officii exigere, & ita hodie adhuc observatur; sed tamen illa consuetudo in omni jure probè fundatur, ut ex rationibus modò adductis indubium est. Proinde erronea est sententia Baldi, qui hujus fidelitatis juramentum in jure civili communi fundatum negat, & saltem usu & consuetudine dominorum introductum asserit. a).

a) *in c. un. qual. jur. deb. vasal. domin. fidelit. n. 2. & post eum Præposit. & Schenck. ibid. n. 5.*

VII.

Ut autem hoc juramentum fidelitatis officii omnes omninò officiales Principum tàm qui extra aulas, quàm qui in aulis eorum versantur, præstare debent ob rationis paritatem modò traditam; Ita & illud privatorum ministri omninò omnes jurare coguntur. a).

a) I. *quia eadem quoad hos militat ratio, cùm & hi dominis suis debeant esse fideles Rosenth. d. concl. 85. lit. q.* II. *quia hoc prohibitum nullibi invenitur.* III. *quia nihil est impedimento, quo minus exigi possit.* IV. *deniq; quia alioquin etiam privatus ministrum recusantem ab initio recipere non tenetur.*

VIII.

Quod si tamen Dominus privatus ministrum recipiens ab

initio non exegerit à suo illo ministro hoc fidelitatis officii juramentum; sed fidem ejus secutus sit, si durantibus adhuc & currentibus annis ministerii nova suspicionis supervenerit caussa, illud exigi tandem ab ipso non poterit. *a*).

a) Nam I. dominus contractum cum illo perfecit, quem propter aliquam suspicionem non violet; siquidem contractus sunt servandi. II. Dominus sibi imputet, quòd ab eo juramentum ab initio non exegerit. III. Si talis minister domino suspicanti juraret, seipsum reum faceret & proprio suo se gladio jugularet. IV. quilibet dominus posset temerè suspicionis caussam arripere, ut servum jurare deinceps recusantem iniquè expellere, ut sic nihil ei teneretur solvere mercedis. V. Denique si talis privato domino minister fieret suspiciosus & exinde existeret ipsi detrimentum, illud esset tantùm unius personæ privatæ damnum; at si principi à servo suspicioso fieret damnum, illud consequenter esset publicum & vel plurium vel territorij & circuitus totius. Itaq; Princeps tale juramentum adhuc ex post facto exigat; Privatus non item, sed servet contractum, nec vexet ipsum libido suspicandi & ministrum audacter exturbandi; aut ministro det mercedem suam & ita eum à se dimittat.

IX.

Pædagogus domesticus etiam vel informator filiorum alicujus Academicus privatus sive ad Academias ablegandus cum filiis alicujus licet privati hoc juramentum fidelitatis domesticitatis jurare jure compelli potest. *a*). Ampliatur hoc ut quamvis pædagogus talis sit puer vel adolescens, discipulus ipse in schola, ut vocant, triviali, qui ipse in eodem pulvere scholastico cum discipulis & condiscipulis suis se unà volutat; & sub iisdem præceptorum ferulis stipendia meretur; attamen ab eodem pater filiorum suorum & discipulorum ejus ut paterf. & dominus domus suæ hoc juramentum jure exigere potest. *b*) Solet tamen ita quotidiè observari, quando à parentibus præceptores privati quicunq; pro filiis eorum recipiuntur, ut tales præceptores nudæ suæ committantur promissioni, quæ stipulata manu fieri assolet. *c*).

a) Huic namq; pretiosissima parentum κειμήλια, filij puta, parentum anima & vita, propria ipsorum caro & sanguis concreduntur; & hoc nomine

mine ipse se officiosum & fidelem ministrum esse & fore sanctè obligat, adeoq; parentem informandorum suorum, Dominum suum hoc ipso agnoscit, ejusq; potestati se subjicit. At verò per prædicta hoc immotum principium est, quòd quicunque minister in officio alicujus sui domini est, ille eidem domino suo tenetur juramentum fidelitatis, domesticitatis jurare. Adde quod parentes tali filiorum suo præceptori sæpius sua arcana patefaciant, cur puta & quomodo in contemtum suorum inimicorum filios suos velint erudiri & benè educari, in quasnam tutò abeant Academias, loculos pecunia repletos peregrinationis caussa eu credunt, adeoq; eosdē rerum suarum quodammodò dispensatores & directores efficiūt. Quis igitur ipsis hoc malè interpretabitur, si omnis fraudis evitādæ ratione ab ipsis hujus officij sui juramentum exposcant, adeoq; id agant, ne deinceps filiorum præceptorem experiantur degenerasse in deceptorem.

b) *Nam in actibus privatis, si pars parti juramentum defert, pupillus etiam, si quando vult jurare potest pr. l. qui jurasse. 26 ff. de jurejur. & tunc pupillus donec læsus non fuerit, utiq; ex jurejurando suo obligatur.*

c) *Nam illorum indoles & naturalis bonitas solet esse diu multumq; explorata, solent ipsi vita sua antè acta, moribus suis, studiorum suorum progressu vel publicè gravibus viris esse probati; solent à viris eximijs, quibus ipsis talium discipulorum posthac rectè informandorum salus est cordi, commendari; & deniq; ipsi talem in se suscipiunt provinciam eò; ut suum etiam unà magis locupletent eruditionis thesaurum, adeoq; facto suo se probant eos, de quibus optima quæq; possunt sperari, & sic vino vendibili hædera suspensa opus non sit.*

X.

Hoc juramentum fidelitatis assecurationis ut præstet etiam cogi potest & agnatus domini & agnatus vasalli, & domini vel vasalli successor, si cum domino vel vasallo, eodemque agnato suo in eadem domo commoretur; etiamsi nec officium ullum sustineat, nec feudum ab eodem recognoscat, nec alia bona allodialia sub jurisdictione ejus sita habeat, eoq; nec officialis nec vasallus nec subditus sit. *a)*.

a) *Alvarott. in c. un. num. 3. vers. item & omnis persona. & ibi Schenck. n. 6. qualit. jur. deb. vasal. domin. fidelit. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 5. vers. item dicuntur.* Nam l. *hoc fidelita-*

Initio non exegerit à suo illo ministro hoc fidelitatis officii juramentum; sed fidem ejus secutus sit, si durantibus adhuc & currentibus annis ministerii nova suspicionis supervenerit caussa, illud exigi tandem ab ipso non poterit. *a*).

a) Nam I. dominus contractum cum illo perfecit, quem propter aliquam suspicionem non violet; siquidem contractus sunt servandi. II. Dominus sibi imputet, quòd ab eo juramentum ab initio non exegerit. III. Si talis minister domino suspicanti juraret, seipsum reum faceret & proprio suo se gladio jugularet. IV. quilibet dominus posset temerè suspicionis caussam arripere, ut servum jurare deinceps recusantem iniquè expellere, ut sic nihil ei teneretur solvere mercedis. V. Deniq; si tali privato domino minister fieret suspiciosus & exinde existeret ipsi detrimentum, illud esset tantùm unius personæ privatæ damnum; at si principi à servo suspicioso fieret damnum, illud consequenter esset publicum & vel plurium vel territorij & circuitus totius. Itaq; Princeps tale juramentum adhuc ex post facto exigat; Privatus non item, sed servet contractum, nec vexet ipsum libido suspicandi & ministrum audacter exturbandi; aut ministro det mercedem suam & ita eum à se dimittat.

IX.

Pædagogus domesticus etiam vel informator filiorum alicujus Academicus privatus sive ad Academias ablegandus cum filiis alicujus licet privati hoc juramentum fidelitatis domesticitatis jurare jure compelli potest. *a*). Ampliatur hoc ut quamvis pædagogus talis sit puer vel adolescens, discipulus ipse in schola, ut vocant, triviali, qui ipse in eodem pulvere scholastico cum discipulis & condiscipulis suis se unà volutat; & sub iisdem præceptorum ferulis stipendia meretur; attamen ab eodem pater filiorum suorum & discipulorum ejus ut paterf. & dominus domus suæ hoc juramentum jure exigere potest. *b*) Solet tamen ita quotidiè observari, quando à parentibus præceptores privati quicunq; pro filiis eorum recipiuntur, ut tales præceptores nudæ suæ committantur promissioni, quæ stipulata manu fieri assolet. *c*).

a) Huic namq; pretiosissima parentum κειμήλια, filij puta, parentum anima & vita, propria ipsorum caro & sanguis concreduntur; & hoc nomine

mine ipse se officiosum & fidelem ministrum esse & fore sanctè obligat, adeoq; parentem informandorum suorum, Dominum suum hoc ipso agnoscit, ejusq; potestati se subjicit. At verò per prædicta hoc immotum principium est, quòd quicunque minister in officio alicujus sui domini est, ille eidem domino suo tenetur juramentum fidelitatis, domesticitatis jurare. Adde quod parentes tali filiorum suo præceptori sæpius sua arcana patefaciant, cur puta & quomodo in contemtum suorum inimicorum filios suos velint erudiri & benè educari, in quasnam tutò abeant Academias, loculos pecunia repletos peregrinationis caussa eis credunt, adeoq; eosdē rerum suarum quodammodò dispensatores & directores efficiūt. Quis igitur ipsis hoc malè interpretabitur, si omnis fraudis evitādæ ratione ab ipsis hujus officij sui juramentum exposcant, adeoq; id agant, ne deinceps filiorum præceptorem experiantur degenerasse in deceptorem.

b) *Nam in actibus privatis, si pars parti juramentum defert, pupillus etiam, si quando vult jurare potest pr. l. qui jurasse. 26 ff. de jurejur. & tunc pupillus donec læsus non fuerit, utiq; ex jurejurando suo obligatur.*

c) *Nam illorum indoles & naturalis bonitas solet esse diu multumq; explorata, solent ipsi vita sua antè acta, moribus suis, studiorum suorum progressu vel publicè gravibus viris esse probati; solent à viris eximijs, quibus ipsis talium discipulorum posthac rectè informandorum salus est cordi, commendari; & deniq; ipsi talem in se suscipiunt provinciam eò, ut suum etiam unà magis locupletent eruditionis thesaurum, adeoq; facto suo se probant eos, de quibus optima quæq; possunt sperari, & sic vino vendibili hædera suspensa opus non sit.*

X.

Hoc juramentum fidelitatis assecurationis ut præstet etiam cogi potest & agnatus domini & agnatus vasalli, & domini vel vasalli successor, si cum domino vel vasallo, eodemque agnato suo in eadem domo commoretur; etiamsi nec officium ullum sustineat, nec feudum ab eodem recognoscat, nec alia bona allodialia sub jurisdictione ejus sita habeat, eoq; nec officialis nec vasallus nec subditus sit. *a).*

a) *Alvarott. in c. un. num. 3. vers. item & omnis persona. & ibi Schenck. n. 6. qualit. jur. deb. vasal. domin. fidelit. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 5. vers. item dicuntur.* Nam I. hoc *fidelita-*

Initio non exegerit à suo illo ministro hoc fidelitatis officii juramentum; sed fidem ejus secutus sit, si durantibus adhuc & currentibus annis ministerii nova suspicionis supervenerit caussa, illud exigi tandem ab ipso non poterit. *a*).

a) *Nam I. dominus contractum cum illo perfecit, quem propter aliquam suspicionem non violet; siquidem contractus sunt servandi. II. Dominus sibi imputet, quòd ab eo juramentum ab initio non exegerit. III. Si talis minister domino suspicanti juraret, seipsum reum faceret & proprio suo se gladio jugularet. IV. quilibet dominus posset temerè suspicionis caussam arripere, ut servum jurare deinceps recusantem iniquè expellere, ut sic nihil ei teneretur solvere mercedis. V. Deniq; si tali privato domino minister fieret suspiciosus & exinde existeret ipsi detrimentum, illud esset tantùm unius personæ privatæ damnum; at si principi à servo suspicioso fieret damnum, illud consequenter esset publicum & vel plurium vel territorij & circuitus totius. Itaq; Princeps tale juramentum adhuc ex post facto exigat; Privatus non item, sed servet contractum, nec vexet ipsum libido suspicandi & ministrum audacter exturbandi, aut ministro det mercedem suam & ita eum à se dimittat.*

IX.

Pædagogus domesticus etiam vel informator filiorum alicujus Academicus privatus sive ad Academias ablegandus cum filiis alicujus licet privati hoc juramentum fidelitatis domesticitatis jurare jure compelli potest. *a*). Ampliatur hoc ut quamvis pædagogus talis sit puer vel adolescens, discipulus ipse in schola, ut vocant, triviali, qui ipse in eodem pulvere scholastico cum discipulis & condiscipulis suis se unà volutat; & sub iisdem præceptorum ferulis stipendia meretur; attamen ab eodem pater filiorum suorum & discipulorum ejus ut paterf. & dominus domus suæ hoc juramentum jure exigere potest. *b*) Solet tamen ita quotidiè observari, quando à parentibus præceptores privati quicunq; pro filiis eorum recipiuntur, ut tales præceptores nudæ suæ committantur promissioni, quæ stipulata manu fieri assolet. *c*).

a) *Huic namq; pretiosissima parentum κειμήλια, filij puta, parentum anima & vita, propria ipsorum caro & sanguis concreduntur; & hoc nomine*

mine ipse se officiosum & fidelem ministrum esse & fore sanctè obligat, adeoq; parentem informandorum suorum, Dominum suum hoc ipso agnoscit, ejusq; potestati se subjicit. At verò per prædicta hoc immotum principium est, quòd quicunque minister in officio alicujus sui domini est, ille eidem domino suo tenetur juramentum fidelitatis, domesticitatis jurare. Adde quod parentes tali filiorum suo præceptori sæpius sua arcana patefaciant, cur puta & quomodo in contemtum suorum inimicorum filios suos velint erudiri & benè educari, in quasnam tutò abeant Academias, loculos pecunia repletos peregrinationis caussa eis credunt, adeoq; eosdē rerum suarum quodammodò dispensatores & directores efficiūt. Quis igitur ipsis hoc malè interpretabitur, si omnis fraudis evitādæ ratione ab ipsis hujus officij sui juramentum exposcant, adeoq; id agant, ne deinceps filiorum præceptorem experiantur degenerasse in deceptorem.

b) *Nam in actibus privatis, si pars parti juramentum defert, pupillus etiam, si quando vult jurare potest pr. l. qui jurasse. 26 ff. de jurejur. & tunc pupillus donec læsus non fuerit, utiq; ex jurejurando suo obligatur.*

c) *Nam illorum indoles & naturalis bonitas solet esse diu multumq; explorata, solent ipsi vita sua antè acta, moribus suis, studiorum suorum progressu vel publicè gravibus viris esse probati; solent à viris eximijs, quibus ipsis talium discipulorum posthac rectè informandorum salus est cordi, commendari; & deniq; ipsi talem in se suscipiunt provinciam eò, ut suum etiam unà magis locupletent eruditionis thesaurum, adeoq; facto suo se probant eos, de quibus optima quæq; possunt sperari, & sic vino vendibili hædera suspensa opus non sit.*

X.

Hoc juramentum fidelitatis assecurationis ut præstet etiam cogi potest & agnatus domini & agnatus vasalli, & domini vel vasalli successor, si cum domino vel vasallo, eodemque agnato suo in eadem domo commoretur; etiamsi nec officium ullum sustineat; nec feudum ab eodem recognoscat, nec alia bona allodialia sub jurisdictione ejus sita habeat, eoq; nec officialis nec vasallus nec subditus sit. *a).*

a) *Alvarott. in c. un. num. 3. vers. item & omnis persona. & ibi Schenck. tit. 6. qualit. jur. deb. vasal. domin. fidelit. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 3. vers. item dicuntur. Nam* l. *hoc fidelita-*

initio non exegerit à suo illo ministro hoc fidelitatis officii juramentum; sed fidem ejus secutus sit, si durantibus adhuc & currentibus annis ministerii nova suspicionis supervenerit caussa, illud exigi tandem ab ipso non poterit. *a*).

a) Nam I. dominus contractum cum illo perfecit, quem propter aliquam suspicionem non violet; siquidem contractus sunt servandi. II. Dominus sibi imputet, quòd ab eo juramentum ab initio non exegerit. III. Si talis minister domino suspicanti juraret, seipsum reum faceret & proprio suo se gladio jugularet. IV. quilibet dominus posset temerè suspicionis caussam arripere, ut servum jurare deinceps recusantem iniquè expellere, ut sic nihil ei teneretur solvere mercedis. V. Deniq; si talis privato domino minister fieret suspiciosus & exinde existeret ipsi detrimentum, illud esset tantùm unius personæ privatæ damnum; at si principi à servo suspicioso fieret damnum, illud consequenter esset publicum & vel plurium vel territorij & circuitus totius. Itaq; Princeps tale juramentum adhuc ex post facto exigat; Privatus non item, sed servet contractum, nec vexet ipsum libido suspicandi & ministrum audacter exturbandi; aut ministro det mercedem suam & ita eum à se dimittat.

IX.

Pædagogus domesticus etiam vel informator filiorum alicujus Academicus privatus sive ad Academias ablegandus cum filiis alicujus licet privati hoc juramentum fidelitatis domesticitatis jurare jure compelli potest. *a*). Ampliatur hoc ut quamvis pædagogus talis sit puer vel adolescens, discipulus ipse in schola, ut vocant, triviali, qui ipse in eodem pulvere scholastico cum discipulis & condiscipulis suis se unà volutat; & sub iisdem præceptorum ferulis stipendia meretur; attamen ab eodem pater filiorum suorum & discipulorum ejus ut paterf. & dominus domus suæ hoc juramentum jure exigere potest. *b*) Solet tamen ita quotidiè observari, quando à parentibus præceptores privati quicunq; pro filiis eorum recipiuntur, ut tales præceptores nudæ suæ committantur promissioni, quæ stipulata manu fieri assolet. *c*).

a) Huic namq; pretiosissima parentum κειμήλια, filij puta, parentum anima & vita, propria ipsorum caro & sanguis concreduntur; & hoc nomine

mine ipse se officiosum & fidelem ministrum esse & fore sanctè obligat, adeoq; parentem informandorum suorum, Dominum suum hoc ipso agnoscit, ejusq; potestati se subjicit. At verò per prædicta hoc immotum principium est, quòd quicunque minister in officio alicujus sui domini est, ille eidem domino suo tenetur juramentum fidelitatis, domesticitatis jurare. Adde quod parentes tali filiorum suo præceptori sæpius sua arcana patefaciant, cur puta & quomodo in contemtum suorum inimicorum filios suos velint erudiri & benè educari, in quasnam tutò abeant Academias, loculos pecunia repletos peregrinationis caussa eis credunt, adeoq; eosdē rerum suarum quodammodò dispensatores & directores efficiūt, Quis igitur ipsis hoc malè interpretabitur, si omnis fraudis evitādæ ratione ab ipsis hujus officij sui juramentum exposcant, adeoq; id agant, ne deinceps filiorum præceptorem experiantur degenerasse in deceptorem.

b) *Nam in actibus privatis, si pars parti juramentum defert, pupillus etiam, si quando vult jurare potest pr. l. qui jurasse. 26 ff. de jurejur. & tunc pupillus donec læsus non fuerit, utiq; ex jurejurando suo obligatur.*

c) *Nam illorum indoles & naturalis bonitas solet esse diu multumq; explorata, solent ipsi vita sua antè acta, moribus suis, studiorum suorum progressu vel publicè gravibus viris esse probati; solent à viris eximijs, quibus ipsis talium discipulorum posthac rectè informandorum salus est cordi, commendari; & deniq; ipsi talem in se suscipiunt provinciam eò, ut suum etiam unà magis locupletent eruditionis thesaurum, adeoq; facto suo se probant eos, de quibus optima quæq; possunt sperari, & sic vino vendibili hædera suspensa opus non sit.*

X.

Hoc juramentum fidelitatis assecurationis ut præstet etiam cogi potest & agnatus domini & agnatus vasalli, & domini vel vasalli successor, si cum domino vel vasallo, eodemque agnato suo in eadem domo commoretur; etiamsi nec officium ullum sustineat, nec feudum ab eodem recognoscat, nec alia bona allodialia sub jurisdictione ejus sita habeat, eoq; nec officialis nec vasallus nec subditus sit, *a).*

a) *Alvarott. in c. un. num. 3. vers. item & omnis persona. & ibi Schenck, n. 6. qualit. jur. deb. vasal, domin. fidelit. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 5. vers. item dicuntur.* Nam l. *hoc fidelita-*

Digitized by Google

V.

Fidelitatem autem assecurationis domini à suis officialibus de omni jure exigere possunt. *a*). Ipsum verò fidelitatis assecurationis juramentum quantumvis non adeò liqueat ex jure nostro Justinianeo illos domesticos & protectores Imp. præstitisse, esse tamen illud ab officialibus omninò exigendum juri & juris rationibus congruum est. *b*).

a) I. *namq; fidelitatem domesticorum seu familiarium & officialium expressè mandat sacra Scriptura ad Roman. 13. in pr. & per tot. ad Ephes. 6. v. 5. Coloss. 3. v. 20. 22. ad Tit. 2. v. 9. & 1. Petr. 2. v. 18.* II. *eandem naturalis ratio dictitat l. veluti. 2. ff. de J. & J.* III. *Domesticorum officium, eorumq; dignitas ob summam in Principes fidelitatem etiam in jure nostro Justinianeo celebratur t. t. C. de domestic. & protector. libr. 12. quorum officium fuisse pro defensione non tantùm corporis, sed & honoris Imp. jugiter excubare auctor est Cassiodorus libr. 1. variar. & docet Cujac. ad l. 1. C. d. t. Vult. d. c. 6. n. 6. in fin. Eosq; Principum arcanorum conscios Alciat. interpretatur.* b). I. *quia pessimus nocendi artifex est improbus domesticus, nullaq; pestis ad nocendum vel magis præsentanea vel efficacior quàm familiaris inimicus gl. in l. 1. in pr. super verbo, domesticis. ff. ad SC. Syllan. & gl. in l. data. C. de donation. & gl. ult. in c. si inimicus. 1. distinct. 93. Et domestici sæpe aliquid moliuntur contra dominum, unde ratione suspicionis evitandæ tenentur tale assecurationis juramentum præstare Schneid. p. 5. n. 64.* II. *in d. c. si inimicus. ubi tex. eleganter dicit: Eum, qui, cùm corpore videatur esse nobiscum, mente tamen & animo contra nos est, multò nequiorem esse hostem, quàm illum qui foris est; hic enim per amicitiarum speciem, quæ inimica sunt gerit. Et hujus Canon. arg. elegantissimè correspondet illud Antigoni Regis, qui quotidiè Deum clara voce orabat, ut ab eo adversus amicos defenderetur. Interrogatus autem cur non potius adversus inimicos se tegi peteret? ab illis, inquit, qui palam hostes sunt, possum mihi ipse mediocri diligentia cavere; sed ab amicis fucatis & perfidis non possum mihi ipse cavere, sed Deo protectore opus est. E. cùm per tales amicos, domesticos ministros etiam intelligere conveniat, ut qui tanquam amici semper circum nos sunt, iiq; juxta Antigoni Regis effatum apertis hostibus strophis & dolosis machinationibus suis possunt esse pestilentiores, optima ratione ab ipsis juramentum assecurationis exigatur, ut per illud intra sui*

cujus-

cujuslibet officij limites constringantur. III. *Domesticis fraudibus facilè quidvis pro negotij opportunitate confingi potest, vel id quod verè gestum est, aboleti inquit Imp. Constantin. in l. data, 27. C. de donation. E non adeò à vero absimile est, antiquitus etiam Impp. à suis domesticis arcanorum conscijs, & protectoribus corporum suorum juramentum fidelitatis exegisse.* IV. *quia hoc in consuetudinem jam dudum abijt c. uni qualit jur. deb. vasall. domin. fidelit.* V. *quia & hodie sic consuetudine observatur; Consuetudo autem pro lege habetur l. de quibus. 32. ff. de ll.* VI. *Idem decretis Canon. non obscurè confirmatur c. nimis. 30 c. petitio 31, extr. de jurejur. E. hæc fidelitas & hujus fidelitatis juramentum quolibet jure confirmatur.*

VI.

Juramentum igitur fidelitatis domesticitatis & officii usu & consuetudine quidem invaluit & obtinet, dum ita cœperunt domini à suis ministris juramentum officii exigere, & ita hodie adhuc observatur; sed tamen illa consuetudo in omni jure probè fundatur, ut ex rationibus modò adductis indubium est. Proinde erronea est sententia Baldi, qui hujus fidelitatis juramentum in jure civili communi fundatum negat, & saltem usu & consuetudine dominorum introductum asserit. *a*).

a) *in c. un. qual. jur. deb. vasal. domin. fidelit. n. 2. & post eum Præposit. & Schenck ibid. n. 5.*

VII.

Ut autem hoc juramentum fidelitatis officii omnes omninò officiales Principum tàm qui extra aulas, quàm qui in aulis eorum versantur, præstare debent ob rationis paritatem modò traditam: Ita & illud privatorum ministri omninò omnes jurare coguntur. *a*).

a) I. *quia eadem quoad hos militat ratio, cùm & hi dominis suis debeant esse fideles Rosenth. d. concl. 85. lit. q.* II. *quia hoc prohibitum nullibi invenitur.* III. *quia nihil est impedimento, quo minus exigi possit.* IV. *denique quia alioquin etiam privatus ministrum recusantem ab initio recipere non tenetur.*

VIII.

Quod si tamen Dominus privatus ministrum recipiens ab

Digitized by Google

Initio non exegerit à suo illo ministro hoc fidelitatis officii juramentum; sed fidem ejus secutus sit, si durantibus adhuc & currentibus annis ministerii nova suspicionis supervenerit caussa, illud exigi tandem ab ipso non poterit. *a*).

a) Nam I. dominus contractum cum illo perfecit, quem propter aliquam suspicionem non violet; siquidem contractus sunt servandi. II. Dominus sibi imputet, quòd ab eo juramentum ab initio non exegerit. III. Si talis minister domino suspicanti juraret, seipsum reum faceret & proprio suo se gladio jugularet. IV. quilibet dominus posset temerè suspicionis caussam arripere, ut servum jurare deinceps recusantem iniquè expellere, ut sic nihil ei teneretur solvere mercedis. V. Deniq; si talis privato domino minister fieret suspiciosus & exinde existeret ipsi detrimentum, illud esset tantùm unius personæ privatæ damnum; at si principi à servo suspicioso fieret damnum, illud consequenter esset publicum & vel plurium vel territorij & circuitus totius. Itaq; Princeps tale juramentum adhuc ex post facto exigat; Privatus non item, sed servet contractum, nec vexet ipsum libido suspicandi & ministrum audacter exturbandi; aut ministro det mercedem suam & ita eum à se dimittat.

IX.

Pædagogus domesticus etiam vel informator filiorum alicujus Academicus privatus sive ad Academias ablegandus cum filiis alicujus licet privati hoc juramentum fidelitatis domesticitatis jurare jure compelli potest. *a*). Ampliatur hoc ut quamvis pædagogus talis sit puer vel adolescens, discipulus ipse in schola, ut vocant, triviali, qui ipse in eodem pulvere scholastico cum discipulis & condiscipulis suis se unà volutat; & sub iisdem præceptorum ferulis stipendia meretur; attamen ab eodem pater filiorum suorum & discipulorum ejus ut paterf. & dominus domus suæ hoc juramentum jure exigere potest. *b*) Solet tamen ita quotidiè observari, quando à parentibus præceptores privati quicunq; pro filiis eorum recipiuntur, ut tales præceptores nudæ suæ committantur promissioni, quæ stipulata manu fieri assolet. *c*).

a) Huic namq; pretiosissima parentum κειμήλια, filij puta, parentum anima & vita, propria ipsorum caro & sanguis concreduntur; & hoc nomine

mine ipse se officiosum & fidelem ministrum esse & fore sanctè obligat, adeoq; parentem informandorum suorum, Dominum suum hoc ipso agnoscit, ejusq; potestati se subjicit. At verò per prædicta hoc immotum principium est, quòd quicunque minister in officio alicujus sui domini est, ille eidem domino suo tenetur juramentum fidelitatis, domesticitatis jurare. Adde quod parentes tali filiorum suo præceptori sæpius sua arcana patefaciant, cur puta & quomodo in contemtum suorum inimicorum filios suos velint erudiri & benè educari, in quasnam tutò abeant Academias, loculos pecunia repletos peregrinationis caussa eis credunt, adeoq; eosdē rerum suarum quodammodò dispensatores & directores efficiūt. Quis igitur ipsis hoc malè interpretabitur, si omnis fraudis evitādæ ratione ab ipsis hujus officij sui juramentum exposcant, adeoq; id agant, ne deinceps filiorum præceptorem experiantur degenerasse in deceptorem.

b) *Nam in actibus privatis, si pars parti juramentum defert, pupillus etiam, si quando vult jurare potest pr. l. qui jurasse. 26 ff. de jurejur. & tunc pupillus donec læsus non fuerit, utiq; ex jurejurando suo obligatur.*

c) *Nam illorum indoles & naturalis bonitas solet esse diu multumq; explorata. solent ipsi vita sua antè acta, moribus suis, studiorum suorum progressu vel publicè gravibus viris esse probati; solent à viris eximijs, quibus ipsis talium discipulorum posthac rectè informandorum salus est cordi, commendari; & deniq; ipsi talem in se suscipiunt provinciam eò, ut suum etiam unà magis locupletent eruditionis thesaurum, adeoq; facto suo se probant eos, de quibus optima quæq; possunt sperari, & sic vino vendibili hædera suspensa opus non sit.*

X.

Hoc juramentum fidelitatis assecurationis ut præstet etiam cogi potest & agnatus domini & agnatus vasalli, & domini vel vasalli successor, si cum domino vel vasallo, eodemque agnato suo in eadem domo commoretur; etiamsi nec officium ullum sustineat, nec feudum ab eodem recognoscat, nec alia bona allodialia sub jurisdictione ejus sita habeat, eoq; nec officialis nec vasallus nec subditus sit, *a)*.

a) *Alvarott. in c. un. num. 3. vers. item & omnis persona. & ibi Schenck. n. 6. qualit. jur. deb. vasal. domin. fidelit. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 5. vers. item dicuntur.* Nam l. *hoc fidelita-*

Digitized by Google

initio non exegerit à suo illo ministro hoc fidelitatis officii juramentum; sed fidem ejus secutus sit, si durantibus adhuc & currentibus annis ministerii nova suspicionis supervenerit caussa, illud exigi tandem ab ipso non poterit. *a*).

a) *Nam* I. *dominus contractum cum illo perfecit, quem propter aliquam suspicionem non violet; siquidem contractus sunt servandi.* II. *Dominus sibi imputet, quòd ab eo juramentum ab initio non exegerit.* III. *Si talis minister domino suspicanti juraret, seipsum reum faceret & proprio suo se gladio jugularet.* IV. *quilibet dominus posset temerè suspicionis caussam arripere, ut servum jurare deinceps recusantem iniquè expellere, ut sic nihil ei teneretur solvere mercedis.* V. *Deniq; si talis privato domino minister fieret suspiciosus & exinde existeret ipsi detrimentum, illud esset tantùm unius personæ privatæ damnum; at si principi à servo suspicioso fieret damnum, illud consequenter esset publicum & vel plurium vel territorij & circuitus totius.* *Itaq; Princeps tale juramentum adhuc ex post facto exigat; Privatus non item, sed servet contractum, nec vexet ipsum libido suspicandi & ministrum audacter exturbandi; aut ministro det mercedem suam & ita eum à se dimittat.*

IX.

Pædagogus domesticus etiam vel informator filiorum alicujus Academicus privatus sive ad Academias ablegandus cum filiis alicujus licet privati hoc juramentum fidelitatis domesticitatis jurare jure compelli potest. *a*). Ampliatur hoc ut quamvis pædagogus talis sit puer vel adolescens, discipulus ipse in schola, ut vocant, triviali, qui ipse in eodem pulvere scholastico cum discipulis & condiscipulis suis se unà volutat; & sub iisdem præceptorum ferulis stipendia meretur; attamen ab eodem pater filiorum suorum & discipulorum ejus ut paterf. & dominus domus suæ hoc juramentum jure exigere potest. *b*) Solet tamen ita quotidiè observari, quando à parentibus præceptores privati quicunq; pro filiis eorum recipiuntur, ut tales præceptores nudæ suæ committantur promissioni, quæ stipulata manu fieri assolet. *c*).

a) *Huic namq; pretiosissima parentum κειμήλια, filij puta, parentum anima & vita, propria ipsorum caro & sanguis concreduntur; & hoc nomine*

mine ipse se officiosum & fidelem ministrum esse & fore sanctè obligat, adeoq; parentem informandorum suorum, Dominum suum hoc ipso agnoscit, ejusq; potestati se subjicit. At verò per prædicta hoc immotum principium est, quòd quicunque minister in officio alicujus sui domini est, ille eidem domino suo tenetur juramentum fidelitatis, domesticitatis jurare. Adde quod parentes tali filiorum suo præceptori sæpius sua arcana patefaciant, cur puta & quomodo in contemtum suorum inimicorum filios suos velint erudiri & benè educari, in quasnam tutò abeant Academias, loculos pecunia repletos peregrinationis caussa eis credunt, adeoq; eosdē rerum suarum quodammodò dispensatores & directores efficiūt. Quis igitur ipsis hoc malè interpretabitur, si omnis fraudis evitādæ ratione ab ipsis hujus officij sui juramentum exposcant, adeoq; id agant, ne deinceps filiorum præceptorem experiantur degenerasse in deceptorem.

b) *Nam in actibus privatis, si pars parti juramentum defert, pupillus etiam, si quando vult jurare potest pr. l. qui jurasse. 26 ff. de jurejur. & tunc pupillus donec læsus non fuerit, utiq; ex jurejurando suo obligatur.*

c) *Nam illorum indoles & naturalis bonitas solet esse diu multumq; explorata. solent ipsi vita sua antè acta, moribus suis, studiorum suorum progressu vel publicè gravibus viris esse probati; solent à viris eximijs, quibus ipsis talium discipulorum posthac rectè informandorum salus est cordi, commendari; & deniq; ipsi talem in se suscipiunt provinciam eò, ut suum etiam unà magis locupletent eruditionis thesaurum, adeoq; facto suo se probant eos, de quibus optima quæq; possunt sperari, & sic vino vendibili hædera suspensa opus non sit.*

X.

Hoc juramentum fidelitatis assecurationis ut præstet etiam cogi potest & agnatus domini & agnatus vasalli, & domini vel vasalli successor, si cum domino vel vasallo, eodemque agnato suo in eadem domo commoretur; etiamsi nec officium ullum sustineat, nec feudum ab eodem recognoscat, nec alia bona allodialia sub jurisdictione ejus sita habeat, eoq; nec officialis nec vasallus nec subditus sit, *a)*.

a) *Alvarott. in c. un. num. 3. vers. item & omnis persona. & ibi Schenck. n. 6. qualit. jur. deb. vasal. domin. fidelit. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 5. vers. item dicuntur. Nam l. hoc fidelita-*

Digitized by Google

initio non exegerit à suo illo ministro hoc fidelitatis officii juramentum; sed fidem ejus secutus sit, si durantibus adhuc & currentibus annis ministerii nova suspicionis supervenerit caussa, illud exigi tandem ab ipso non poterit. *a*).

a) *Nam* I. *dominus contractum cum illo perfecit, quem propter aliquam suspicionem non violet; siquidem contractus sunt servandi.* II. *Dominus sibi imputet, quòd ab eo juramentum ab initio non exegerit.* III. *Si talis minister domino suspicanti juraret, seipsum reum faceret & proprio suo se gladio jugularet.* IV. *quilibet dominus posset temerè suspicionis caussam arripere, ut servum jurare deinceps recusantem iniquè expellere, ut sic nihil ei teneretur solvere mercedis.* V. *Deniq; si talis privato domino minister fieret suspiciosus & exinde existeret ipsi detrimentum, illud esset tantùm unius personæ privatæ damnum; at si principi à servo suspicioso fieret damnum, illud consequenter esset publicum & vel plurium vel territorij & circuitus totius. Itaq; Princeps tale juramentum adhuc ex post facto exigat; Privatus non item, sed servet contractum, nec vexet ipsum libido suspicandi & ministrum audacter exturbandi; aut ministro det mercedem suam & ita eum à se dimittat.*

IX.

Pædagogus domesticus etiam vel informator filiorum alicujus Academicus privatus sive ad Academias ablegandus cum filiis alicujus licet privati hoc juramentum fidelitatis domesticitatis jurare jure compelli potest. *a*). Ampliatur hoc ut quamvis pædagogus talis sit puer vel adolescens, discipulus ipse in schola, ut vocant, triviali, qui ipse in eodem pulvere scholastico cum discipulis & condiscipulis suis se unà volutat; & sub iisdem præceptorum ferulis stipendia meretur; attamen ab eodem pater filiorum suorum & discipulorum ejus ut paterf. & dominus domus suæ hoc juramentum jure exigere potest. *b*) Solet tamen ita quotidiè observari, quando à parentibus præceptores privati quicunq; pro filiis eorum recipiuntur, ut tales præceptores nudæ suæ committantur promissioni, quæ stipulata manu fieri assolet. *c*).

a) *Huic namq; pretiosissima parentum κειμήλια, filij puta, parentum anima & vita, propria ipsorum caro & sanguis concreduntur; & hoc nomine*

mine ipse se officiosum & fidelem ministrum esse & fore sanctè obligat, adeoq; parentem informandorum suorum, Dominum suum hoc ipso agnoscit, ejusq; potestati se subjicit. At verò per prædicta hoc immotum principium est, quòd quicunque minister in officio alicujus sui domini est, ille eidem domino suo tenetur juramentum fidelitatis, domesticitatis jurare. Adde quod parentes tali filiorum suo præceptori sæpius sua arcana patefaciant, cur puta & quomodo in contemtum suorum inimicorum filios suos velint erudiri & benè educari, in quasnam tutò abeant Academias, loculos pecunia repletos peregrinationis caussa eis credunt, adeoq; eosdē rerum suarum quodammodò dispensatores & directores efficiūt. Quis igitur ipsis hoc malè interpretabitur, si omnis fraudis evitādæ ratione ab ipsis hujus officij sui juramentum exposcant, adeoq; id agant, ne deinceps filiorum præceptorem experiantur degenerasse in deceptorem.

b) *Nam in actibus privatis, si pars parti juramentum defert, pupillus etiam, si quando vult jurare potest pr. l. qui jurasse. 26 ff. de jurejur. & tunc pupillus donec læsus non fuerit, utiq; ex jurejurando suo obligatur.*

c) *Nam illorum indoles & naturalis bonitas solet esse diu multumq; explorata. solent ipsi vita sua antè acta, moribus suis, studiorum suorum progressu vel publicè gravibus viris esse probati; solent à viris eximijs, quibus ipsis talium discipulorum posthac rectè informandorum salus est cordi, commendari; & deniq; ipsi talem in se suscipiunt provinciam eò, ut suum etiam unà magis locupletent eruditionis thesaurum, adeoq; facto suo se probant eos, de quibus optima quæq; possunt sperari, & sic vino vendibili hædera suspensa opus non sit.*

X.

Hoc juramentum fidelitatis assecurationis ut præstet etiam cogi potest & agnatus domini & agnatus vasalli, & domini vel vasalli successor, si cum domino vel vasallo, eodemque agnato suo in eadem domo commoretur; etiamsi nec officium ullum sustineat, nec feudum ab eodem recognoscat, nec alia bona allodialia sub jurisdictione ejus sita habeat, eoq; nec officialis nec vasallus nec subditus sit. *a)*

a) *Alvarott. in c. un. num. 3. vers. item & omnis persona. & ibi Schenck. n. 6. qualit. jur. deb. vasal. domin. fidelit. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 5. vers. item dicuntur. Nam l. hoc fidelita-*

initio non exegerit à suo illo ministro hoc fidelitatis officii juramentum; sed fidem eju. secutus sit, si durantibus adhuc & currentibus annis ministerii nova suspicionis supervenerit caussa, illud exigi tandem ab ipso non poterit. *a*).

a) *Nam* I. *dominus contractum cum illo perfecit, quem propter aliquam suspicionem non violet; siquidem contractus sunt servandi.* II. *Dominus sibi imputet, quòd ab eo juramentum ab initio non exegerit.* III. *Si talis minister domino suspicanti juraret, seipsum reum faceret & proprio suo se gladio jugularet.* IV. *quilibet dominus posset temerè suspicionis caussam arripere, ut servum jurare deinceps recusantem iniquè expellere, ut sic nihil ei teneretur solvere mercedis.* V. *Deniq; si talis privato domino minister fieret suspiciosus & exinde existeret ipsi detrimentum, illud esset tantùm unius personæ privatæ damnum; at si principi à servo suspicioso fieret damnum, illud consequenter esset publicum & vel plurium vel territorij & circuitus totius. Itaq; Princeps tale juramentum adhuc ex post facto exigat; Privatus non item, sed servet contractum, nec vexet ipsum libido suspicandi & ministrum audacter exturbandi; aut ministro det mercedem suam & ita eum à se dimittat.*

IX.

Pædagogus domesticus etiam vel informator filiorum alicujus Academicus privatus sive ad Academias ablegandus cum filiis alicujus licet privati hoc juramentum fidelitatis domesticitatis jurare jure compelli potest. *a*). Ampliatur hoc ut quamvis pædagogus talis sit puer vel adolescens, discipulus ipse in schola, ut vocant, triviali, qui ipse in eodem pulvere scholastico cum discipulis & condiscipulis suis se unà volutat; & sub iisdem præceptorum ferulis stipendia meretur; attamen ab eodem pater filiorum suorum & discipulorum ejus ut paterf. & dominus domus suæ hoc juramentum jure exigere potest. *b*) Solet tamen ita quotidiè observari, quando à parentibus præceptores privati quicunq; pro filiis eorum recipiuntur, ut tales præceptores nudæ suæ committantur promissioni, quæ stipulata manu fieri assolet. *c*).

a) *Huic namq; pretiosissima parentum κειμήλια, filij puta, parentum anima & vita, propria ipsorum caro & sanguis concreduntur; & hoc nomine*

mine ipse se officiosum & fidelem ministrum esse & fore sanctè obligat, adeoq; parentem informandorum suorum, Dominum suum hoc ipso agnoscit, ejusq; potestati se subjicit. At verò per prædicta hoc immotum principium est, quòd quicunque minister in officio alicujus sui domini est, ille eidem domino suo tenetur juramentum fidelitatis, domesticitatis jurare. Adde quod parentes tali filiorum suo præceptori sæpius sua arcana patefaciant, cur puta & quomodo in contemtum suorum inimicorum filios suos velint erudiri & benè educari, in quasnam tutò abeant Academias, loculos pecunia repletos peregrinationis caussa eis credunt, adeoq; eosdē rerum suarum quodammodò dispensatores & directores efficiūt. Quis igitur ipsis hoc malè interpretabitur, si omnis fraudis evitādæ ratione ab ipsis hujus officij sui juramentum exposcant, adeoq; id agant, ne deinceps filiorum præceptorem experiantur degenerasse in deceptorem.

b) *Nam in actibus privatis, si pars parti juramentum defert, pupillus etiam, si quando vult jurare potest pr. l. qui jurasse. 26 ff. de jurejur. & tunc pupillus donec læsus non fuerit, utiq; ex jurejurando suo obligatur.*

c) *Nam illorum indoles & naturalis bonitas solet esse diu multumq; explorata, solent ipsi vita sua antè acta, moribus suis, studiorum suorum progressu vel publicè gravibus viris esse probati; solent à viris eximijs, quibus ipsis talium discipulorum posthac rectè informandorum salus est cordi, commendari; & deniq; ipsi talem in se suscipiunt provinciam eò, ut suum etiam unà magis locupletent eruditionis thesaurum, adeoq; facto suo se probant eos, de quibus optima quæq; possunt sperari, & sic vino vendibili hædera suspensa opus non sit.*

X.

Hoc juramentum fidelitatis assecurationis ut præstet etiam cogi potest & agnatus domini & agnatus vasalli, & domini vel vasalli successor, si cum domino vel vasallo, eodemque agnato suo in eadem domo commoretur; etiamsi nec officium ullum sustineat, nec feudum ab eodem recognoscat, nec alia bona allodialia sub jurisdictione ejus sita habeat, eoq; nec officialis nec vasallus nec subditus sit. *a).*

a) *Alvarott. in c. un. num. 3. vers. item & omnis persona. & ibi Schenck. n. 6. qualit. jur. deb. vasal. domin. fidelit. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 5. vers. item dicuntur.* Nam l. *hoc fidelita-*

Digitized by Google

V.

Fidelitatem autem assecurationis domini à suis officialibus de omni jure exigere possunt. *a*). Ipsum verò fidelitatis assecurationis juramentum quantumvis non adeò liqueat ex jure nostro Justinianeo illos domesticos & protectores Imp. præstitisse, esse tamen illud ab officialibus omninò exigendum juri & juris rationibus congruum est. *b*).

a) I. *namq; fidelitatem domesticorum seu familiarium & officialium expressè mandat sacra Scriptura ad Roman. 13. in pr. & per tot. ad Ephes. 6. v. 5. Coloss. 3. v. 20. 22. ad Tit. 2. v. 9. & 1. Petr. 2. v. 18.* II. *eandem naturalis ratio dictitat l. veluti. 2. ff. de J. & J.* III. *Domesticorum officium, eorumq; dignitas ob summam in Principes fidelitatem etiam in jure nostro Justinianeo celebratur t. t. C. de domestic. & protector. libr. 12. quorum officium fuisse pro defensione non tantùm corporis, sed & honoris Imp. jugiter excubare auctor est Cassiodorus libr. 1. variar. & docet Cujac. ad l. 1. C. d. t. Vult. d. c. 6. n. 6. in fin. Eosq; Principum arcanorum conscios Alciat. interpretatur.* b). I. *quia pessimus nocendi artifex est improbus domesticus, nullaq; pestis ad nocendum vel magis præsentanea vel efficacior quàm familiaris inimicus gl. in l. 1. in pr. super verbo, domesticis. ff. ad SC. Syllan. & gl. in l. data. C. de donation. & gl. ult. in c. si inimicus. 1. distinct. 93. Et domestici sæpe aliquid moliuntur contra dominum, unde ratione suspicionis evitandæ tenentur tale assecurationis juramentum præstare Schneid. p. 5. n. 64.* II. *in d. c. si inimicus. 1. tex. eleganter dicit: Eum, qui, cùm corpore videatur esse nobiscum, mente tamen & animo contra nos est, multò nequiorem esse hostem, quàm illum qui foris est; hic enim per amicitiarum speciem, quæ inimica sunt gerit. Et hujus Canon. arg. elegantissimè correspondet illud Antigoni Regis, qui quotidiè Deum clara voce orabat, ut ab eo adversus amicos defenderetur. Interrogatus autem cur non potius adversus inimicos se tegi peteret? ab illis, inquit, qui palam hostes sunt, possum mihi ipse mediocri diligentia cavere; sed ab amicis fucatis & perfidis non possum mihi ipse cavere, sed Deo protectore opus est. E. cùm per tales amicos, domesticos ministros etiam intelligere conveniat, ut qui tanquam amici semper circum nos sunt, iiq; juxta Antigoni Regis effatum apertis hostibus strophis & dolosis machinationibus suis possunt esse pestilentiores, optima ratione ab ipsis juramentum assecurationis exigatur, ut per illud intra sui*

cujus-

cujuslibet officij limites constringantur. III. *Domesticis fraudibus facilè quidvis pro negotij opportunitate confingi potest, vel id quod verè gestum est, aboleri inquit Imp. Constantin. in l. data, 27. C. de donation.* & *non adeò à vero absimile est, antiquitus etiam Impp. à suis domesticis arcanorum conscijs, & protectoribus corporum suorum juramentum fidelitatis exegisse.* IV. *quia hoc in consuetudinem jam dudum abijt c. uni qualit jur. deb. vasall. domin. fidelit.* V. *quia & hodie sic consuetudine observatur; Consuetudo autem pro lege habetur l. de quibus. 32. ff. de ll.* VI. *Idem decretis Canon. non obscurè confirmatur c. nimis. 30 c. petitio 31. extr. de jurejur.* E. *hæc fidelitas & hujus fidelitatis juramentum quolibet jure confirmatur.*

VI.

Juramentum igitur fidelitatis domesticitatis & officii usu & consuetudine quidem invaluit & obtinet, dum ita cœperunt domini à suis ministris juramentum officii exigere, & ita hodie adhuc observatur; sed tamen illa consuetudo in omni jure probè fundatur, ut ex rationibus modò adductis indubium est. Proinde erronea est sententia Baldi, qui hujus fidelitatis juramentum in jure civili communi fundatum negat, & saltem usu & consuetudine dominorum introductum asserit. *a*).

a) *in c. un. qual. jur. deb. vasal. domin. fidelit. n. 2. & post eum Præposit. & Schenck ibid. n. 5.*

VII.

Ut autem hoc juramentum fidelitatis officii omnes omninò officiales Principum tàm qui extra aulas, quàm qui in aulis, eorum versantur, præstare debent ob rationis paritatem modò traditam: Ita & illud privatorum ministri omninò omnes jurare coguntur. *a*).

a) I. *quia eadem quoad hos militat ratio, cùm & hi dominis suis debeant esse fideles Rosenth. d. concl. 85. lit. q.* II. *quia hoc prohibitum nullibi invenitur.* III. *quia nihil est impedimento, quo minus exigi possit.* IV. *denìq. quia alioquin etiam privatus ministrum recusantem ab initio recipere non tenetur.*

VIII.

Quod si tamen Dominus privatus ministrum recipiens ab

Digitized by Google

initio non exegerit à suo illo ministro hoc fidelitatis officii juramentum; sed fidem ejus secutus sit, si durantibus adhuc & currentibus annis ministerii nova suspicionis supervenerit caussa, illud exigi tandem ab ipso non poterit. *a*).

a) *Nam* I. *dominus contractum cum illo perfecit, quem propter aliquam suspicionem non violet; siquidem contractus sunt servandi.* II. *Dominus sibi imputet, quòd ab eo juramentum ab initio non exegerit.* III. *Si talis minister domino suspicanti juraret, seipsum reum faceret & proprio suo se gladio jugularet.* IV. *quilibet dominus posset temerè suspicionis caussam arripere, ut servum jurare deinceps recusantem iniquè expellere, ut sic nihil ei teneretur solvere mercedis.* V. *Deniq; si talis privato domino minister fieret suspiciosus & exinde existeret ipsi detrimentum, illud esset tantùm unius personæ privatæ damnum; at si principi à servo suspicioso fieret damnum, illud consequenter esset publicum & vel plurium vel territorij & circuitus totius. Itaq; Princeps tale juramentum adhuc ex post facto exigat; Privatus non item, sed servet contractum, nec vexet ipsum libido suspicandi & ministrum audacter exturbandi; aut ministro det mercedem suam & ita eum à se dimittat.*

IX.

Pædagogus domesticus etiam vel informator filiorum alicujus Academicus privatus sive ad Academias ablegandus cum filiis alicujus licet privati hoc juramentum fidelitatis domesticitatis jurare jure compelli potest. *a*). Ampliatur hoc ut quamvis pædagogus talis sit puer vel adolescens, discipulus ipse in schola, ut vocant, triviali, qui ipse in eodem pulvere scholastico cum discipulis & condiscipulis suis se unà volutat; & sub iisdem præceptorum ferulis stipendia meretur; attamen ab eodem pater filiorum suorum & discipulorum ejus ut paterf. & dominus domus suæ hoc juramentum jure exigere potest. *b*) Solet tamen ita quotidiè observari, quando à parentibus præceptores privati quicunq; pro filiis eorum recipiuntur, ut tales præceptores nudæ suæ committantur promissioni, quæ stipulata manu fieri assolet. *c*).

a) *Huic namq; pretiosissima parentum κειμήλια, filij puta, parentum anima & vita, propria ipsorum caro & sanguis concreduntur; & hoc nomine*

mine ipse se officiosum & fidelem ministrum esse & fore sanctè obligat, adeoq; parentem informandorum suorum, Dominum suum hoc ipso agnoscit, ejusq; potestati se subjicit. At verò per prædicta hoc immotum principium est, quòd quicunque minister in officio alicujus sui domini est, ille eidem domino suo tenetur juramentum fidelitatis, domesticitatis jurare. Adde quod parentes tali filiorum suo præceptori sæpius sua arcana patefaciant, cur puta & quomodo in contemtum suorum inimicorum filios suos velint erudiri & benè educari, in quasnam tutò abeant Academias, loculos pecunia repletos peregrinationis caussa eis credunt, adeoq; eosdē rerum suarum quodammodò dispensatores & directores efficiūt, Quis igitur ipsis hoc malè interpretabitur, si omnis fraudis evitādæ ratione ab ipsis hujus officij sui juramentum exposcant, adeoq; id agant, ne deinceps filiorum præceptorem experiantur degenerasse in deceptorem.

b) *Nam in actibus privatis, si pars parti juramentum defert, pupillus etiam, si quando vult jurare potest pr. l. qui jurasse. 26 ff. de jurejur. & tunc pupillus donec læsus non fuerit, utiq; ex jurejurando suo obligatur.*

c) *Nam illorum indoles & naturalis bonitas solet esse diu multumq; explorata, solent ipsi vita sua antè acta, moribus suis, studiorum suorum progressu vel publicè gravibus viris esse probati; solent à viris eximijs, quibus ipsis talium discipulorum posthac rectè informandorum salus est cordi, commendari; & deniq; ipsi talem in se suscipiunt provinciam eò, ut suum etiam unà magis locupletent eruditionis thesaurum, adeoq; facto suo se probant eos, de quibus optima quæq; possunt sperari, & sic vino vendibili hædera suspensa opus non sit.*

X.

Hoc juramentum fidelitatis assecurationis ut præstet etiam cogi potest & agnatus domini & agnatus vasalli, & domini vel vasalli successor, si cum domino vel vasallo, eodemque agnato suo in eadem domo commoretur; etiamsi nec officium ullum sustineat, nec feudum ab eodem recognoscat, nec alia bona allodialia sub jurisdictione ejus sita habeat, eoq; nec officialis nec vasallus nec subditus sit. *a)*

a) *Alvarott. in c. un. num. 3. vers. item & omnis persona. & ibi Schenck. n. 6. qualit. jur. deb. vasal. domin. fidelit. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 5. vers. item dicuntur.* Nam l. *hoc fidelita-*

delitatis domesticitatis, familiæ, assecurationis juramentum principaliter & ex primogenea sua indole & natura ratione domesticitatis, familiæ & assecurationis adinventum & introductum est, ut dominus familiæ in tuto & eò securior sit. E. quicunq; in ejus familia vult esse fidelis ipsi omninò sit, & cur jurata fidelitas ab eo exigatur nihil prohibet. II. *Ne improba successionis spe impulsus quicquam in agnati sui salutem moliatur ad hoc juramentum præstandum cogi potest.* III. *Nec adeò inconsultò ad hoc cogi potest, cum & jura civilia sollicitam hujus rei considerationem habuisse conjicere liceat ex l. duæ 6. C. de secund. nupt. l. 1. l. 2. C. ubi pupil. educar. deb.*

XI.

Ab hoc juramento fidelitatis domesticitatis immunes sunt illæ personæ, quæ quidem in familia & domo domini sunt; sed in quas nulla fraudis & inimicitiarum suspicio cadit, quales sunt *pater, filius, & uxor domini. a).*

a) *Jacobin. de S Georg. in verb. qui quidem investiti. n 5. Schneid. p. 5. n. 64. & seq. Mozz. de substantial. feud. n. 11.* Nam I. *hæ personæ omnes sua sponte domini commodum promovere, vitam & honorem ejus defendere videntur; ideoq; cessante ratione dispositionis & legis ob & per quam hoc juramento domesticus ad fidelitatem compellatur, ipsa quoq; lex meritò cessat l. adigere. §. quamvis. ff. de jur. patronat. l quod dictum. ff. de pact. Tiraquel. in tr. cessante caus. p. 1. n. 125. Everh. in topic. legal in loc. à cessante ratione. n. 17.* II. *quia ut auctor est Latinus pacatus, natura instituente plus ferè filios, quam nosmetipsos diligimus; & facit Imp. Justinian. in §. fin I. de noxal. action.* III. *quia affectu paterno parentes in liberis magis terreri dicuntur in l. isti quidem. in fin ff quod met. causs.* IV. *quia filius cum patre una eademq; persona censetur l fin. C. de impub & aliis substit.* V. *quia uxor socia divinæ & humanæ domus dicitur in l. 1. ff. de R. N. l. adversus C. de crimin. expilat. heredit. & uxor & maritus una caro reputantur c. Martinus. de cognation. spiritual. & mors viri inducit uxori tristitiam per tex. in l. cum quidam in fin. pr ibi. tristitiæ sunt. C. de jur. dot. sed uxoribus meretricibus inducit gaudium gl in l. pater Severinam. §. socrus. super verbo. quia morte ff. de condition. & demonstrat. Schneid. p. 5. n. 65.*

XII. Ea-

Digitized by Google

XII.

Eadem immunitate ab hoc juramento præstando gaudent clerici, ut sunt Concionatores aulici, Pastores Ecclesiarum prædicantes verbum Dei & similes: sed tamen in quantum solis sacris obeundis consecrati sunt. *a*). Contra igitur si soli doctrinæ cœlestis & prædicationi verbi non vacant; sed etiam consiliis adhibentur, ut quando Concionatores aulici solent Directores vel Assessores Consistoriorum, vel Superattendentes generales parochiarum universi principatus vel territorii constitui, vel aliis officiis etiam funguntur, ut quando Dd. Theologiæ sunt Professores in Academiis, Assessores in Consistoriis, Superintendentes parochiarum certi districtus, & id genus alia munera subeunt, tunc domino, cujus jurisdictioni subsunt, jurare fidelitatem officii jure obstringuntur. *b*).

a) *Jacobin. de S. Georg. in verbu: qui quidem investiti. n 7. Alvarott. in c. un. n 4. qualit. jurat. deb. vasall. domin. fidelit. Mozz. de substantial. feudor. num. 11. Nam quatenus Clerici solis sacris obeundis sunt, consecrati eatenus suo domino solummodò stant cadunté, secundum Innocentium in c. nimis. 30. & c. petitio. 31. extr. de jurejur.* b) *Nam hoc principium est immotum juxta superius disputata, quòd quicunq, à domino suo officium habet, ille debet eidem domino fidelitatem, & quoad Dominus exegerit, ipsi ratione officij jurare, se domini sui vitam, mentem id est, secretum, membrum & rectum honorem custoditum ire; adeoq, ab hoc nulli sua sanctitas, religio aut simplicitas immunitatem præstabit.*

XIII.

Si contingat ut vasallus & quivis alius subditus, qui domino ratione feudi vel subjectionis juramentum clientelare vel subjectionis præstitit, à domino in familiarem & domesticum vel officialem recipiatur, tunc etiam juramentum assecurationis, quod officii est, tenetur jurare. *a*). Hodie quidem ita usu obtinuit, ut initiò quidem, si vasallus feudum recognoscat & domino fidelitatem juret; & jam tum in officio ejus sit, utrumque uno juramento expediatur: Quòd si verò post juramentum fidelitatis clientelare præstitum in familiam domini noviter recipiatur, separatim etiam juramentum hoc domesticitatis seu officii jurare cogatur. *b*),

a) *ut post Odefred. & Bl. in t. de pace Constant. in verbo. vasalli nostri. existimat Alvarott. in c. un. n. 5. vers. quæro. qual. jur. deb. vasal. domin. fidelit. quos sequitur Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 6. Schneid. p. 5. n. 66.* Nam I. *à separatis mala fit allatio l. si maritus.* C. *de donation. inter vir. & uxor. Atqui hæc tria juramenta sunt diversa ratione objecti & formæ cujuslibet suæ; ideoq; de uno non fit rectè illatio ad aliud.* II. *quamvis ex capitulis de juramento fidelitatis clientelaris in usibus feudorum constet, quòd vasallus domino juret se vitam, mentem, membrum & rectum honorem domini custoditurum, illa tamen jurat tantùm ratione bonorum feudalium ut homo militaris in militia armata, non ratione officij: Nā dum tantùm vasallus juratus est; at in officio vel Officialis non juratus est, potest in suo feudo quandoq; latere & in aulam domini, non comparere ibiq; quædā de officio negligere, eo quòd illa militaria non sunt neq; feudum suum concernentia negotia; attamen in officio non fit perjurus, quia nullum officij juramentum præstitit.* E. *si etiam Officialis juratus est, ultrò conscientia sua compulsus se conferet ad locum, ubi offficij sui munera sciet sollicitè sibi esse peragenda; Immò hujus officij sui jurati ratione domi subordinabit alium qui feudalia curet, ipse verò in persona abibit in locum officij, ne ullo modo fiat perjurus, & omnia utring; peragat, quæ tamen ex parte omittere citra perjurium posset, si juratus non esset.* III. *Doctores modò allegati tandem semetipsos colligentes concludunt omnia uno juramento posse expediri arg. l. accipientis. 15. ff. de auctorit. tutor. hoc intelligentes de formula peculiaris alicujus juramenti tam latè contepta;* E. *à contrario sensu si quodlibet horum juramentorum per se solum specialissimè præstetur, uno non expedientur omnia.* IV. *Et hoc est quod notat Dn. Gothofred. ad d. c. un. qual. jur. deb. vasal. dom. fidel. lit. g. Quid, inquiens si unus & idem vasallus sit & non vasallus, puta domesticus? utrumq; præstare cogetur: nisi uno juramento utrumq; juramentum explicare maluerit.* b). ut Dn. Lucas Beckman. JCtus & Practicus Wittebergensis *eximius observavit & in suis prælectionibus feudalibus sub tit. de fidelitat. domesticit. ejusq; jurament. in fin. olim auditoribus suis ut fidelis præceptor fideliter tradidit.*

Et tantum hac vice de fidelitate domesticitatis, officii & assecurationis ejusque juramento.

DE

DE FIDELITATE SUBJECTIONIS EJUSQUE JURAMENTO.

XIV.

Fidelitas subjectionis & juramentum fidelitatis subjectionis est, quam ac quod subditus præstat domino suo territorii seu magistratui suo ratione subjectionis & obedientiæ sub cujus jurisdictione habitat. *a*) Seiner Landsobrigkeit gehorsam/ getrew vnd hold zu seyn. *b*).

a) *c. un. qualit. jur. deb. vasal. domin fidelit. Vult. lib 1. de feud. c. 6. n. 5.* b) *Speculat. t. de feud. §. quoniam. n. 8. & 11. Jacobin. de S. Georg. in tr. de homag. n. 2. & seq Geil. de arrest. Imper. c. 7. n. 10.*

XV.

Pragmaticis hoc subjectionis juramentum dicitur homagium. *a*). Homagium antiqui etiam hominium dixerunt. *b*). Ac dictum est homagium, quasi ab homine meo mihi debitum. *c*). Sive quasi hominem ago scilicet tuum. *d*).

a) *Matth. de Afflict. ad c. un. n. 5. qual. jur. deb. vas Johan. Ferrar. Montan. libr. 6. de feud. c. 1. vers. diximus. fol. 300. Geil. de Arrest. Imper cap. 7. num. 10. Rosenth. cap. 6. concl. 85. n. 4.* b) *ut testis est Albert. Crantz. in vandal. libr. 3. c. 6. ubi inquit: Cæsarem immenso auro in satisfactionem, & hominio, quod nunc vocant homagium, præstitò indemnitatem coemit. Francisc. Hottoman. in tr. de verb feudal. in verb. homo. Intrigriol. q. 56 n. 170. Et hominij vocem ut vetustiorem ita etiam concinniorem esse quàm homagij autumat Cujac libr. 6. obs. 14 & in prælud feudor. pag. 5. & in c. veritatis. 14. extr. de jurejur. ubi etiam Ivonem Carthonensem non malè hominatum vocari putat; siquidem promiscuè dominum & dominatum dicamus.* c) *quia is, qui mihi hanc fidelitatem juravit, homo meus fieri dicitur Johan. Ferrar. Montan. d. c. 1. vers cæterum homagium.* d). *Anton. Capic. in Investit. feudal. cap feudor homag. columu. 1. § homagij juramenta. Rosenth. d. c. 6. concl. 85. lit. e.*

XVI.

Homagii verbum vel strictè & propriè vel latè & communiter accipitur. Propriè, quando quis promittit se hominem alicujus domini futurum & stare & habitare uti voluerit do-

Digitized by Google

minus, & servitia ei exhibere. *a*). Hoc modo rusticos nostros propriè homagium præstare dicimus. *b*). Communiter & pro juramento subjectionis, & pro vasallorum juramento, quod vasallarium alioquin dicitur, usurpatur. *c*). Hinc homagium duplex est: aliud personale, quod subjectionis est; aliud reale, quod alioquin clientelare nuncupamus. *d*).

a) *Intrigriol. q. 56. n. 159.* b) *Dn. Lucas Beckman. in prælection. feudal. t. de fidelit. & jurament. subject.* c) *cùm vasalli se æquè dominis suis fideles fore jurent, eoq; se homines eorum profiteantur; frequentius tamen pro juramento subjectionis capitur Rosenth. d. c. 6. concl. 85. n 5. lit. b. Tum etiam quia homagium à clientelari seu feudalitia fidelitate non nisi impropriè & abusivè differt; siquidem ambæ hæ qualitates in eandem personam simul cadunt clementin pastoralis. §. rursus non est silentio. ibi: homoligius & vasallus. t. de sentent. & re judicat. ubi Papa Clemens V. Regem Siliciæ & suum & Ecclesiæ Rumanæ, ratione Regni Siciliæ, subditum hominemq; ligium & vasallum dicit. Sic Pontifex Hadrianus Imper. Fridericum I. arroganter hominem suum asserit. Etenim cùm teste Radevico libr. 1. cap. 10. à Papa coronatus Imp fuisset, Romæ in templo Lateranensi sub ejus Coronationis imagine versus isti duo conscripti sunt:*

Rex venit ante fores jurans prius Urbis honores,
Post homo fit Papæ; sumit quo dante Coronam.

Itaq; ipsa etiam hæc fidelitas feudalitia sive clientelaris homagium appellari potest. Molinæ in consuetudin. Parisien t. 1. §. 2 gl. 3. n. 1. in fin & n. 2. in pr. Bocer. tr. de investit. cap 4. n. 8. vers. postremo. & n. 9. vers. quia verò homagium d) *Intrigriol. q. 38. n. 8. & 9.*

XVII.

Juramentum fidelitatis subjectionis nostro idiomate Germanico dicitur, die Huldung/die Huldigunge oder Erb- und Lands-huldigungspflicht. a). Item/Erbpflicht. b).

a) *Schneid. p. 5. n. 67. Knich. de sublim. territor. jur. c. 3. num. 157. & in privileg. Duc. & Elector. Saxon. c. 5. in fin. fol. 168.* b) *Maul, tr. de homag. c. 1. in pr.*

Hæc

Digitized by Google

XVIII.

Hæc ſubjectionis fidelitas ut & ejus juramentum ejuſdem eſt originis, cujus eſt fidelitas domeſticitatis cum ſuo juramento. *a*).

a) *Non enim jure Romano ſcripto; ſed uſu civitatum & moribus utentium eſt introducta, & ſic ex jure conſuetudinario orta eſt. Speculat. t. de feud. §. quoniam. verſ. ſecundum quæritur. Intrigiol. q. 5. n. 19. & q. 56. num. 171 Johan Ferrar. Montan. libr. 6. de feud. c. 1. verſ. & quamvis. 3 Nec tamen caret fundamento in ſacris literis Joſuæ 1. verſ. 17. 2. Samuel. 5. v. 3. 2 Paralip. 23. verſ. 16. 1. Machab. 14. verſ 47. Maul d. c. 1. n. 3. Et omnino exiſtimamus eam in omni jure fundari, quodcunq; præcipit Magiſtratum eſſe colendum, eiq; obediendum.*

XIX.

Hæc fidelitas ſubjectionis debet præſtari & jurari ab omnibus, qui juriſdictioni magiſtratus ſubjecti ſunt, inde ab anno octavo & decimo completo uſque ad ſeptuageſimum ætatis annum. *a*) Niſi tales perſonæ ſint, quibus debeant & poſſint ſine fraude ſacramenta remitti. *b*). Et quia omnes omninò ſubditi fidelitatem magiſtratibus ſuis præſtare & jurare coguntur, niſi quædam perſonæ ſpecialiter excipiantur, hinc conſectarium eſt: quod ſubditi prætendentes ſe ad præſtandum homagium non teneri, cogantur id ipſum ſufficientiſſimè probare; & quòd [illegible] jus [illegible] regulare pro ſe habentes tamdiu tuti ſint, uſque dum a [illegible] illis fallentia vel jus contrarium & ſpeciale doceatur.

a) *juxta Conſtit. Frideric. Imp de pace tenend. inter ſubditos & facit expr. c un. ubi Andr. de Iſern. Jacob. de Belviſ. Bl. Alvar. Prapoſit. Matth. de Aſſlict. & ibi Dd. qual. jur. deb vaſal. dom. fidelit. Jacob. de S Georg. in verb. qui quidem inveſtit n. 8. & in tr. de homag. n. 32. & alij plures à Maul. tr. de homag. c. 1. n. 3 allegati. Nam anno octavo & decimo completo plena eſt pubertas l. arrogato. 40. §. 1. ff. de adoption § minorem. 4. l. eod § ult. l. quib. ex cauſ. manumitt. non licet Paul libr 5 ſentent. t. 4 Et ſenes anno 70. fidelitatis juramento etiam non adſtringuntur, quia iſto ætatis decurſu alioquin à muneribus civium perſonalibus immunes ſunt l ult. C. qui ætat. ſe excuſar. poſſunt. Verum licet aliud tradatur in Conſtitut de pace Conſtant §. vaſalli noſtri.*

 1. puta

1. *puta quòd inde ab anno sexto & decimo usq; ad septuagesimum annum ætatis subditi sacramentum subjectionis jurent, attamen à priore assertione recedendum non est; Etenim verisimile non est Imp. annum illum legitimæ & plenæ pubertatis correxisse; Itaq; indubium est textum in d. §. vasalli. 1. eodem sensu colligi, ac ibi pro verbo: sedecim, verbum octodecim substitui debere. Dn. Luc. Beckman. d. loco.* b) *§. vasalli nostri. 1. Constit. Frider. Imp. de pac. Constant.* c) *per tradita à Br. in l. quoties. ff. si quis caution. l. 2. in pr. Col. 2. ff si quis in jus vocat. non ierit. Cravet. Consil. 168. n. 8. Cornet. in Consil. 272. Col. 2. ad fin. 4. vol. Jason. in l. cætera. in 3. not. ff. de legat. 1. Roman in consil. 123. incip. circa primum Col. 3. Paris. Consil. 5. n. 5. & 6. in 4. volumin. & post hos Maul. d. c. 1. n. 8.*

XX.

Hoc jus limitatur eò, ut si Principes, Comites, Barones & Nobiles etiam subditi sint, cogantur hanc subjectionis fidelitatem præstare & jurare. a).

a) *Schrad. Consil. 23. n. 149. & seq. Etenim si vasallus quilibet domino suo aut mortuo domino ejus successori fidelitatem clientelarem jurare & juratam præstare obstringitur, ut certi juris est per c. un. §. fin quid sit investit. c. un. de form. fidelit. c. un de nov. form. fidelit. c. in pr. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. c. un. in pr. de capitul. Corrad & superius hoc sat fusè disputatum est; E. multò magis subditus quilibet, præterquam qui specialiter exceptus sit, domino suo, cui subjectus est., fidelitatem subjectionis jurare & juratam præstare tenetur. Nam I plus est subditum esse quàm vasallum; cùm vasallus tantùm ratione feudi domino suo obligetur: at verò subditus ratione suæ personæ & universæ familiæ suæ domino suo subjiciatur; & vasallus tantùm ad certa servitia militaria domino feudi obligetur; subditi verò humeris ipsum onus subjectionis incumbat; ac proinde dominus subjectionis utilitate & necessitate communis boni publici urgente liberiorem potestatem collectandi in subditos, quàm dominus feudi in vasallos habeat. Schneid ad §. præjudiales. n. 23. I. de action. & de feud p. 5. n. 119. Heig pag. 1. q. 18. num. 5 post Marium Salomon. in l. Princeps. 31. ff. de ll. Ferdin. Vasquius illustr. contr. libr. 1. cap. 6. num. 4. & cap. 7. num. 3. & c. 8. Jacob. de S. Georg. in tr. de homag. n. 35. Garsia de expens. c. 21. n. 31. Bodin. de Republ. libr. 1. c. 8. pag. 118. Hottoman. in*

Fran-

Digitized by Google

Francogal. cap. 2. num. 25. & de jure success. reg. 1. 6. 7. Roland. à Vall. Consil. 1. num. 62. & seq. libr. 2. Natta Consil. 487. n. 1. & seq. libr. 3. Schurff. Consil. 19. libr. 1. & alios d. n. 5. fusè allegat. I I. *Et subditus strictius est obligatus domino suo quàm vasallus ut eleganter tradit Rosenth. c. 5. q. 78. n. 5. & c. 6. q. 85. n. 6.*

XXI.

Et quidem in persona propria subditi juramentum subjectionis præstare tenentur, nec Procurator aut mandatarius admittitur. *a)* Et vice versa juramentum subjectionis domino territorii à subdito præstitum non nisi personaliter resignari potest. *b)*.

a) *Siquidem non ratione bonorum, sed solius personæ intuitu juramentum subjectionis præstatur Bl. in l. 1. §. ne autem. n. 20. C. de caduc. tollend. Zas. de feud. p. 7. n. 21. Geil. de arrest. Imper. c. 7. n. 11. Knich. de sublim. territor. jur. c. 3 n 254.* b) *cùm eadem sit via distrahendi, quæ contrahendi arg. l. nihil tam naturale. ff. de R. J. & gl. in l. ab emtione ff. de pact. Zas. d. c. 7. n. 21.*

XXII.

Et quamvis pater juramentum subjectionis domino præstiterit, attamen si filius se matrimonio jungit laremque fovet, vel etiam defuncto parente, omninò juramentum hoc subjectionis præstare obstringitur, & sic in successoribus homagium semper renovandum est. *a)* Intuitu verò Principis & magistratus vel domini territorii juramentum subjectionis est hereditarium. *b)*.

a) *Coppin. de civil. Paris. morib. libr. 2. t. 3. n. 3. Andr. Knich de sublimi territor. jur. cap. 3. n. 258. & seqq.* I. *Siquidem hoc juramentum in persona specialiter præstandum est.* E. *nec est ad subditi heredes transitorium.* I I. *quia fides jurantis non transit ad heredes l. generaliter. 12. in pr. ff. de reb. credit.* I I I. *quia juramentum non ligat nisi animam jurantis teste Br. in auth. quod obtinet. n. 3. C. de probation.* b) *Menoch. Consil. 889. n. 3. libr. 9. jurant enim principi & suis heredibus subditi,* als ihren Erbherren und dero Nachkommen. *Juramentum igitur taliter præstitum, tanquam superioritatis tessera altum & universale dominium, sublimius jus & imperium Principi tribuit Knich. d. c. 3. n. 259. & de privil. Duc. Saxon. c. 5. fol. 169. Inducitq; quasi jurisdi-*

ctione

Digitized by Google

ctionis possessionem. Knich. d. c. 3. n. 260. cùm sit emolumentum jurisdictionis Knich. d. c. 3. n. 261. post purpurat. Consil. 548. n. 134. libr. 2.

XXIII.

Quoad Clericos, qui ſub alicujus juriſdictione habitant, diſtinguimus inter fidelitatem ſubjectionis & ejus juramentum; fidelitatem namque clerici omninò ut alius quivis ſubditus domino exhibere & præſtare coguntur. *a).* Quod autem fidelitatis ſubjectionis juramentum attinet, ab eo ſolenniter præſtando clerici qui ſub alicujus juriſdictione habitant, etiamſi ibi bona poſſideant, aut etiam commodis civium ſimul fruantur, Brawen vnd bürgerliche Nahrung treiben/ ſine ætatis diſcrimine eximuntur. *b).*

a) *Nam Christus ipse in civilibus se subjecit magistratui Matth. 17. v. 27. & Aaron Moysi tanquam civili magistratui obedire debuit Exod. 4. v. 15. & 32. v. 21. & praeceptum est Apostoli in 1. Petr. 2. vers. 13. subjecti estote omni humanæ ordinationi propter Dominum, sive Regi ut qui superemineat; sive præsidibus, ut qui per eum mittantur tum ad ultionem maleficiorum, tum ad laudem rectè agentium. Et vers. 17. Deum timete: Regem honorate, ad Rom. 13. vers. 1. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nam omnis potestas est à Deo. Ergo quia dominus est humanæ (id est inter homines constitutæ) politiæ auctor & vindex proinde veros hujus domini servos oportet præ cæteris esse hujus ordinis observandi studiosos, Beza in not ad d. v. 13. in 1. Petr. 2. n. 17,* b) *Et quidem beneficio Innocentij Pontificis in c. nimis. 30 & c. petitio. 31. extr. de jurejur. Intrigriol q. 56. n. 218. Quod namq; textus in d. c. nimis 30. dicit: Clericos qui temporalia, id est, bona possident, à juramento fidelitatis non eximi. id de clericis qui bona feudalia, non qui allodialia possident, intelligendum est. Dicit enim text. nihil temporale id est beneficio & & liberalitate dominorum, qualia sunt feuda, obtinentes. Schenck ad c. un. n. ult. qual jur. deb vasal. domin. fidelit. Et certè cùm homagia soleant in publico loco ab omnibus Incolis civibus vel rusticis certâ horâ præstitutâ congregatis præstari, si clerici aut nostris moribus nostri Ecclesiarum ministri deberent in publico inter alios subditos stantes jurare, hoc non tantum indecorum; sed vel abominandum esset quoquò te verteres; aut enim minister Ecclesiæ juraturus staret in medio civium in foro vel in loco publico habitu sacerdotali indutus, hoc perinde appareret ac si Christus*

ipse

ipse porrectis digitis suis sanctissimis mundanæ potestati juraret; quod certè inconveniens est, vel verius fœdum & abominandum est; Immò inde posset contingere ut apud plebem vel populum ipsum ministerium sacrum vile reputaretur, contemtui exponeretur, & ipsi ministri ecclesiastici sua auctoritate denudati inter plebem abjicerentur, & aliquando posthac ex verbo Dei alios reprehensuri exosi redderentur; Aut minister Ecclesiæ in publico cum reliquis civibus juraturus cogeretur interea temporis habitum suum sacerdotalem deponere in signum quasi eo loco mundanum quid perageret; verum hoc inditium esset levitatis certißimum, tanquam talis homo vertumnus esset, ut qui ad libidinem aliorum aut captandæ popularis auræ gratia in momento vel ecclesiasten vel secularem ageret, aut sicuti pingi solet ab uno latere Paphnutius ab altero miles esset. Absurda sunt utrinq; omnia.

XXIV.

Notandum tamen quòd Clerici etiamsi bona allodialia nō feudalia possidentes ab hoc juramento eximantur, interim tamen nihilominus etiam sine hoc juramento ad observantiam teneantur eorum, quæ in eodem subjectionis juramento continentur; & sic in recessu & effectu idem est, quasi hoc juramentum præstitissent, dum ejusdem vi constringantur; saltem ut externa illa publicè jurandi solennitas ab ipsis omitti concedatur. Ideoq; eò magis si ministri ecclesiastici contra patriam eam prodendo venerint, vel vitæ, honori, bonis domini cui subjecti sunt, insidias struxerint, vel unà cum aliis rebelles fuerint, factiones aut seditiones concitaverint, justo judicio ad extremum supplicium rapiuntur, in quatuor partes dissecantur, rota tunduntur, decollantur, fustigantur prout flagitii atrocitas supplicium promereatur. Tales enim ministri ecclesiastici non sunt, sed facinorosi nefandi, de quibus regula juris procedit: Reatus tollit omnem dignitatis prærogativam. *a)*.

a) *arg. l. 1, C. ubi senator. & clariss. Coler. ad c. etsi. 4, num. 29, extr. de judic.*

XXV.

Quod si tamen ita consuetudine observetur vel conventione receptum sit, ut unà cum reliquis subditis sive nobilibus, sive civibus, sive rusticis, etiam ministri ecclesiastici domino

Digitized by Google

ſuo juramentum ſubjectionis præſtant, uti fit Argentorati ubi Paſtores Eccleſiarum ſinguli cum ſingulis ſui tribunitii Concivibus quotannis publicè & corporaliter circa tempus novi anni denuò juramentum ſubjectionis Palatii Magiſtro præſtant, tunc utiq; huic recepto juri ſtandum eſt. *a*).

a) *Nam uſus morumq; populi & conſuetudinum cum lege ſcripta eadem eſt auctoritas l. de quibus. 32. cum ll. ſequentibus. ff. de ll. l. 3. C. quæ ſit long. conſuetud. & leges ipſæ per conſuetudinem abrogantur. d. l. 32. & d. l. 2. quid? quòd major ipſius conſuetudinis quàm Principis ſit poteſtas; Nam Pomponius Grammaticus Cæſari quandoq; reſpondiſſe fertur, poſſe Cæſarem Civitatem Romanam dare hominibus: verbis non poſſe Macrob. libr. 6. Saturnal. c. 7. Gell. libr. 3. N. A. c. 12. At verò uſus & conſuetudo verba format & reformat, probat & reprobat juxta vulgatum illud: vocabula valent uſu ſicut nummi. Unde Horat. in arte Poëtica:*

Multa renaſcentur modò quæ cecidère cadentq;
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus
Quem penes arbitrium eſt & vis & norma loquendi.

Et plus valere videtur, quod ab univerſo populo fit, quàm quod à parte, quam Princeps implet arg. d. l. de quibus 32. ut ratiocinatur Spigel. ad Liguri. libr. 8. p. 408. & poſt eum Heig. lib. 1. q. 1. n 93.

XXVI.

Hæc fidelitas ſubjectionis ut & juramentum ſubjectionis debet præſtari nō tantùm magiſtratui immediato eiq; inferiori, ſed & ſuperiori Principi, eique Magiſtratui mediato. Et quando Magiſtratui mediato præſtatur, tunc non ſolùm in jure territorii; ſed & in jure univerſalis juriſdictionis radicata præſtatur tam ab immediatè quàm mediatè ſubjectis. *a*) Item ſuperiori Principi & Magiſtratui mediato hæc fidelitas ſubjectionis eaq; jurata præſtatur in teſſeram veræ ſubjectionis & in ſymbolum ac inſigne præeminentiæ. Inferiori & immediato magiſtratui ita exhibetur, ut Princeps ſemper excipiatur, & ut nihil aliud contineat, niſi quòd ſubditi obedientiam debitam domino præſtare velint, ſine qua juriſdictionem ſibi conceſſam exercere non poſſet. *b*).

a) *Andr. Knich. de privileg. Duc. & Elector. Saxon. c. 5, in fin.* b). *Idem de ſublimi territorij jure cap. 6. n. 160.*

Et

XXVII.

Et omni tali tum mediato tum immediato magistratui fidelitatem subditi & præstent & jurent sive magistratus ille sit pius sive impius & infidelis, & vel etiam tyrannus juxta conformem Theologorum nostrorum JCtorum & Politicorum sententiam. a)

a) *Etenim magistratus politicus & potestas ejus est ordinatio Dei, quæ semper bona & justa est & Deo placet, licet persona in ista ordinatione constituta sit, quandoq; injusta, iniqua & crudelis & Deo exosa.* Nam I. *obtemperandum est non tantum fidelibus; sed & infidelibus* 1. Tim. 6. v. 1. *Et obtemperandum est non tantum æquis; sed & pravis & iniquis* 1. Petr. 2. vers. 18. *Et necesse est subjici non tantum propter iram; sed etiam propter conscientiam ad Roman.* 13. v. 5. *Non solùm propter iram id est, metu pœnæ corporalis qua afficiuntur contumaces ab ipsis magistratibus; sed etiam propter conscientiam, id est, quòd contumacia sit peccatum offendens Deum & avellens conscientiam à Deo Maul. tr. de homag. cap.* 3. n. 2. II. *quia & tyrannus potestatem suam à Deo habet, vel puniente hoc modo hominum delicta: facit enim regnare hypocritam propter peccata populi Job.* 43. III. *quia Scriptura sacra ipsa tyrannorum potentiam ad Deum refert auctorem, cùm Jehova inquit per os Prophetæ: Dabo tibi Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea Oseæ.* 13. *Item à domino vobis data est potestas, & cùm essetis ministri regni ejus, non rectè judicastis Sap.* 6 *Et ipse Christus de Romano præside dicit potestatem ei desuper datam esse Johan.* 18. *At quàm nefandam tyrannidem præsides Romani in populo Dei exercuerint, ex historiis notum est.* IV. *Idem & patres docent: Deus regnum terrenum pijs & impijs dat, sicut ei placet, cui nihil injustè placet; etsi caussis occultis, nunquam tamen injustis ait Augustinus libr.* 5. *de civitat. Dei cap.* 21. *Item qui dedit Mario ipse & Cæsari; qui Augusto ipse & Neroni; qui Vespasiano vel patri vel filio suavissimis Impp. ipse & Domitiano crudelissimo; & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino ipse & Apostatæ Juliano ait idem eod. cap.* 21. *Item propterea regnum pijs & impijs dat Deus, ut bonorum patientia probetur, malorum iniquitas puniatur. ait idem Augustin. natur. boni contra Manichæ, cap.* 32. *Quæ cum ita sint, rectè concludimus ex d. c.* 13. *vers.* 5. *Apostol. Pauli ad Roman. quisquis etiam tyrannico magistratui resistit, Dei ordinationi resistit. Hic enim non persona aut modus regiminis attenden-*

tendendus est: hæc enim omnia vitiosa esse possunt; Sed regimen ipsum quod ordinatio Dei, atq; ideo semper bona licet ab iniquo aut indigno possessore usurpata. Iterò David noluit resistere Saulo, licet tyrannicè ipsum persequenti; quia sciebat ipsum esse unctum domini 1 Samuel. 24. & 26. Frider. Balduin. in com. epistol. Paul. ad Roman. cap. 13. q. 3.

XXVIII.

Sed tamen & hoc jus certis modis limitationes admittit: I. Magistratui etiam impio fidelitas & obedientia est quidem præstanda; sed usque ad aras; Nam si magistratus supremus subditos cogere vult, ut deficiant à vera & orthodoxa religione ad idololatricos cultus & fanaticam & peregrinam religionem, tunc ei fidelitatem & obedientiam præstare non tenentur; sed ei impunè possunt non parere. Nec tamen statim vi aut armata manu debent magistratui reluctari; sed certis mediis in suam salutem & ad periculum evitandum debent uti. Media autem ejusmodi pro diverso subditorum genere & ipsa diversi generis sunt. Subditi enim aut non sunt meri subditi sed vel pars aliqua, immò vel maxima pars magistratus politici, ut sunt ordines alicujus Regni vel Provinciæ & sic inferior magistratus sunt; Aut meri sunt subditi & omninò privati. *a*). Si subditi non prorsus privati sed vel pars magistratus sunt, adeoque magistratus inferior, & si Magistratus supremus, ipsis avitam & diu probatam suam veram religionem vult temerare, ac aliam peregrinam fanaticam obtrudere, tunc non statim ad arma prosiliant; sed omnia prius consilio experiantur, & optimis ac saluberrimis mediis assumtis omnia tentent, & ejusmodi malum lenissimo medicamento curare elaborent; quòd si talia nihil proficiant & Magistratus ultro sacra ipsorum demoliri pergat, tandem extrema tentent, & sic ipsis quævis etiam honesta ratio expediendæ in primis animæ salutis. *b*).

a) *Johan. Foster, Theologus in thesaur. catechetico disputat. de decalog. decad. 2. th. 76. & th. 87. Frider. Balduin. in comment. ad d. c. 13. Epist. Pauli ad Roman. q. 3. circa fin.* b) *Nam exemplum hujus habemus in Ezechia 2. Reg. 18. vers. 14. 15. qui tentavit primo Assyrium*

rium muneribus ac pecuniis placare, ne quidem parcens sacro apparatui, modò ut sibi avitam Judæorum religionem relinqueret; sed cùm nihil obtineret, tandem ad arma ventum est; Quin & Deus ipse pro Ezechia pugnavit 2. Reg. 19. v. 35. Sic exemplum habemus 2. Reg 11 ubi Centuriones & Principes populi Athaliam Reginam tyrannicè gubernantem deposuerunt & interfecerunt. Sic ipse Ezechias 2. Reg. 18. ab Assyriorum Rege, cui prius obstrictus erat (ut colligitur & c. 16. libr. 2 Reg. defecit & adversus eum se populumq; suum defendit. Et ratio hic subest theologo-politica insignis: Siquidem inferiores magistratus sunt adjuncti magistratui superiori, non saltem ut sint laborum socii; sed ut coërceant ejus nimiam licentiam sicubi opus fuerit; E. Magistratus etiam inferiores debent contra vim injustam subditorum vitam & bona defendere Dn. Balduin. d. loco.

XXIX.

Si subditi merè sunt subditi & prorsus privati, iisque magistratus liberum religionis exercitium intercipere & auferre vult, illi certam & fixam habeant in cordibus suis regulam, canonem illum Apostolicum: Magis obediendum est Deo quàm hominibus Actor. 4. v. 19. & 5. cap. v. 29. Nec tamen unquam armis quid contra magistratum ordinarium pro religione moliantur; sed iis utantur & sibi consulant mediis, quibus se liberum religionis exercitium obtinere posse confidant, *a*).

a) I. *quidem fiant Magistratui supplices & caussas cur religionem suam mutare non possint humilimè exponant, sibiq; clementissimè parci in his, quæ conscientias constringunt, devotè rogent Esther. 13. Actor. 4. & ut feliciter petitio sua succedat D E U M ardenter invocent Esther. 4. & 14. Nehem. 1. Nam quòd subditi ejusmodi fusis ad D E U M piis suis precibus & humili supplici voce sua à magistratu suo hoc obtinuerint, ut ipsis libera sua concessa & servata sit religio, & conscientiæ eorum manserint illæsæ, exemplum est 2. Machab. 11. ubi templum ipsis restitutum est. Ita est etiam consilium quod dedit Lysias Regi Antiocho Eupatori 1. Machab. 6. vers. 8.* II. *Si subditi suis solis impetrationibus nihil obtinere valeant, utantur etiam aliorum Magnatum intercessionibus.* III. *Si neque suis precibus neque*

Magnatum intercessionibus quicquam effecerint, ad superiorem Magistratum si fieri potest, provocent ejusq; auxilium implorent. IV. *Si neq; hoc remedium ipsis obtingere vel prodesse queat; Sed Magistratus in negotio religionis vim & saevitiam exercere praesumat, sequantur consilium Christi Matth. 10. v. 23. Si vos persecuti fuerint ex civitate una, fugite in aliam; caussamq; Deo commendent suam, & ipse faciet Psal. 37. v. 5. qui & cor Regis in manu habet & ubi vult, inclinat illud. Exempla hujus habemus in Abrahamo Genes. 12. ut & Moyse in epistol. ad Hebrae. 11. Exod. 2. Ruth. 1. Tobiae 14.* V. *Si nec hoc beneficio emigrationis subditis frui liceat, nequaquam tamen armis se salvare satagant; sed potius mori malint, quàm ullo modo conscientias suas sauciare. Exemplum hujus habemus in Sociis Danielis Sadrach, Mesach & Abednego, qui potius quàm Regi Babylonio morem gerant in adoranda statua idololatrica percupiunt in caminum ignis conjici; & Daniel ipse praecepto Regis, astu Principum & Satrapatum Regni extorto obsequi recusat, malens in fossam sive lacum leonum cum vitae suae periculo conjici, unde tamen Dominus illum per insigne miraculum gloriosissimè liberavit, quemadmodum & socios ejus ex ardente Camino Daniel. 3. Johan. Foster. d. loc. Maul. tr. de homag. cap. 3. n. 3. in fin.*

XXX.

2. Limitatio: Si dominus territorii vel magistratus subditis aliquid praecipiat, quod manifestè seu notoriè est contra leges, tali casu ipsi fidelitatem nec praestare nec jurare, immò juratam ne quidem servare debent, v. g. quando jure & lege cautum est: tùm ne judex extra suum territorium existens jus dicat; tum ne supra suam jurisdictionem judicet, veluti ne de majori summa, quam ei concessa est, jurisdictionem patiatur; tum ne contra legem superioris quid praecipiat; tum ne quid agat, ad quod jurisdictio & officium ejus non spectat; si contra hujusmodi legum decreta dominus territorii vel magistratus fecerit, ei impunè non paretur. *a*).

a) *l. duumvirum.* § 3. *C. de decur. libr. 10. l. un. ibi: nec praecepto cognitorem datum. C. qui pro sua jurisdict. jud. dar. darivè poss. l. factum à judice. ff. de R. J. l. ult. ff. de offic. praefect. urbi l. extra territorium. l. si idem cum eodem. ff. de jurisdict. Nov. 15. c. 3.* § *& judicare. 2. l. normam. C. de offic. praefect. praetor. Oriental. c. ea quae fiunt. de*

R. J. in

R. J. in 6 Abbas in c. si quando. extr. de offic. & potestat. judic. de legat. Paul. Castrens. in l. ut vim ff. de J. & J. n. 4. & ibi Jason. n. 19. Dec. n. 26 in 3. concl. & hanc sent esse com dicit Francisc. Zoanet. in tr. defensionis tripartitæ ad l. ut vim. ff. de J. & J. p. 3. n. 43. Maul. tr. de homag. c. 3. n. 4.

XXXI.

3. Limitatio: Si dominus territorii vel magistratus vult subditum aliquem absque ulla caussa cogere ad id quod notoriè contra leges est & vergit in dispendium salutis & honoris illius subditi; aut si dominus tyrannicè vel magistratus absq; ulla caussa audet in vitam & salutem subditi alicujus vel plurium vel omnium subditorum grassari, tunc subditi non tantùm non tenentur domino fidelitatem facere, eamque juratam servare; sed & vi utique contraria dominus eam ob caussam posset justè per subditos prohiberi; Sed tamen hoc assertum volumus cum grano salis tali distinctione adhibita: Aut adest adhuc alius Magistratus præter eum, qui ita tyrannicè sine justa caussa grassatur, ut qui subditis suppetias ferre possit; aut nullus alius adest, qui subditis possit succurrere nullumque subditis remedium aliud quàm extremum per vim tentamen superest. Priori casu si dominus vel magistratus supremus, adeoq; magistratus mediatus contra subditos fremit eos tyrannicè absque justa caussa opprimendo, tunc subditi non statim contra vim exerceant; sed ei per magistratum inferiorem resistant; aut contra: si dominus vel magistratus inferior & mediatus tyrannicè in subditos absque caussa grassatur, neque tunc subditi contra eum arma sumant; sed ad magistratum superiorem provocent & ejus subsidio & clypeo contra illum pugnent secundum Theologos & JCtos omnes. *a.*)

a) I. *Scilicet ne pars sceleratior destruat meliorem.* II. *Hujus exemplum est Jeremiæ 26. v. 24. ubi hoc pacto defendit Abikam Jeremiam contra Regem Jejakim eum interficere volentem Frideric. Balduin. d. q. 3.* III. *quia nemo in sua caussa judicet vel jus sibi dicat scilicet dum competentem magistratum habet l. un. & ibi Dd. C. ne quis in sua caussa jud.*

XXXII.

Posteriori casu si dominus vel magistratus absque caussa in

in subditos tyrannicè grassatur, in eorum vitam salutem & honorē debacchatur, nec alius adest magistratus competens, qui iis suppetias ferat eosque protegat, tunc subditi extrema tentent & vim vi repellant. a). Ampliatur hoc jus limitationis in posteriori casu: 1. ut si vel ipse Imp. vel Pontifex contra subditum aliquid notoriè malum & iniquum moliretur, subdito esset permissum per defensionem se tueri etiamsi vel Imp. vel Pontificem occideret. b). 2. Ampliatur: si dominus jubeat aliquid subditos vel eos cogat ad aliquid manifestè & notoriè illicitum, quod res & facultates eorum concernit, tunc etiam contra dominum vi & armis sua defendere possunt. c). Et in hisce casibus omnibus subditi non tenentur domino fidelitatem etiam juratam servare, ut ipsis nihil obstet jurisjurandi religio vel præstitum homagium. d).

a) pro hoc facit l. prohibitum. 5. & ibi gl. in verb. resistentibus. & § defensionis 7. C. de jur. fisc. libr. 10 l. devotum. C. de metatis & epidemeticis libr. 12. l. quoniam judices. in fin. C. de appellat. l. omnes. in fin. C. de decurion. libr. 10 l. 1. §. officium. C. ut omn. judic. tàm civil. quàm milit. l. hi quidem. vers. & qui susceperint ibi: scrinii etiam. C. qui milit pos. libr. 12. l. evidenter. in fin. C. de excusat. muner libr. 10. Nov. 134. c. quoniam verò. 3. Et quòd magistratui manifestè & notoriè contra legem procedenti & aliquid absq; caussa iniquè molienti per defensionem resistere liceat, tenet Thomas Grammat. in vot. 1. n. 15. & in vot. 32. n. 24. Dec. Consil. 469. n. 3. Petr. à Placa in epitom. delictor. libr. 1. c. 28. n. 9. & post hos Maul. tr. de homag. c. 3. n. 5. b) ut notat Panormit. in c. si verò. num. 11. de pœnis Claud. de Seyssello in l. ut vim. n. 85. ff. de J. & J. Jul. Clar. in §. homicidium. n. 30. Wes. Consil. 19. n. 5. Maul. d. c. 3. n. 5. atq; hoc constitutissimum esse inter utriusq; classis literatos expressè adserit Petr. à Placa cap. 28. n. 7. vers. quartò illud. Verùm illud quod Placa dicit de Imp. & Pontifice ita esse constitutissimum Jul. Clar. putat cum grano salis esse accipiendum *scil. si Papa vel Imp. contra omne jus volebat eum offendere, neq; iste poterat se ullo modo salvare ab imminente morte, neq; etiam fugiendo;* idemque subdubitat adhuc si casus in practica contingeret, an illa opinio posset obtineri. *De inferiori tamen magistratu nullus dubitat, eo quod in facti contingentia consuluit Riminald. Consil. 44. pro quodam*

qui

qui percusserat prætorem, à quo fuerat prius ipse percussus; Itemq; notat in hoc proposito, quod ille qui percutit clericum se defendendo non incidat in excommunicationem, etiamsi in defendendo modum excedat, dummodò id ex propositio non fatiat per d. n. 30. allegata. c). *Nam bona & res vitæ æquiparantur, ut dicit gl. in l. Advocati. 14. C. de Advocat. diversor. judicior. Br. & Dd. in c. l. ut vim. 3. ff. de J & J. teste Decio ibidem n. 31. & hanc sententiam com. dicit Clar. in §. homicidium. n. 25. post plur. alleg.* d). *Nam in omni juramento persona jurantis ejusq; jura sunt excepta arg. l. 53. §. fin. ff. de action. emt. l. inquisitio. 18. C. de solut. c. petitio. 31. & ibi gl. in verb specialibus. de jurejur. Et ordinata charitas incipit à seipsa arg. l. præses. 6. c. de servitut. & aq. ubi Bl. & Salicet. c. si non licet. 23. q. 5.*

XXXIII.

Sed & hoc singulariter est notandum, quòd subditi in sua defensione sint providi & in ea caveant, quàm poterint diligentissimè ne in minimo defensionis metam & justum modum excedant; aliàs enim ut seditiosi & rebelles accusandi & puniendi erunt.

XXXIV.

Insuper & hoc accuratè est notandum quòd subditis competat ut hoc pro certo & probato possint demonstrare, quòd Dominus manifestè & notoriè eos contra leges ad iniqua coëgerit, aut quod sine ulla caussa eos tyrannicè oppresserit, ut tunc possint dici se justè & vi justa defendisse; aliàs si dubium est, utrum Domini præceptum fuerit contra leges, an habuerit aliquam caussam agendi vel cogendi, an id quod egit aliquo modo, ad ipsius officium spectavit, tunc nequaquam domino vel magistratui est resistendum, & qui secus fecerint ut perfidi & rebelles, justo supplicio afficiantur. a).

a) I. *quia tali casu dubio adhuc Magistratus est; Magistratibus autem resistendum non est l. si quis ex aliena. ubi gl. ff. de judic. l. de jure. 37. ff. ad municipal. l. Herennius §. Caja. ubi gl. ult. in fin ff. de eviction.* II. *quia Magistratibus ex gestis suis adsistit bona opinio & juris insuper publica cum utilitate conjuncta auctoritas, cujus gratia illi in dubio est omnino parendum, resistendum autem nequaquam l servo invito. 65 §. cum præt. r. 1. ff. ad SC. Trebellian. l. si prætor jusserit. in pr. ff de*

judic. l. ult. §. & licet. C. ad L. Jul. repetundar l. ult. ff. ne quid in flumin. publ. l. qui restituere. ff. de R. V. l. 2. ibi: quod non arbitramur. C. de offic. civil judic §. nos autem. l. de Attilian. tutor. c. in præsentia. extr. de renunciat. l. 1. ff. de offic. præfect. prætor. III. *Adde quòd in dubio parendam sit judici, etsi damnum irreparabile esset, neq; in isto casu aliud subditis remedium quàm appellationis, si tempora largiantur, est permissum, resistentia autem violenta neutiquam l. non tantùm. ff. de appellat. l. addictos. C. de appellat. l. addictos. C. de Episcopal. audient. Atq; ex l addictos. C. de E. A. tradit. Francisc. Zoanet. in tr. defension. tripartit. p. 3. num. 48. dignosci, quàm splendidè falsa sit opinio volentium, quòd in dubio resisti possit magistratui, quando imminet damnum irreparabile, utpote Cyn. in l. 1. in fin. C. und vi & Paul. Castr. in l. ut vim. 3. ff. de J. & J. & post Zoanet. tradit Maul. d. c. 3. in fin.*

XXXV.

Hoc jus præstandæ & jurandæ fidelitatis subjectionis in aliquo loco subditi possunt præscribere vel 40. annorum spacio si tam diu dominis suis ibidem jurare soliti non fuerint. a).

a) *Speculat. t. de feud. §. quoniam. vers. tertiò quæritur.*

Et hæc de subditis, quatenus Domino suo jurare cogantur vel non; de jure Domini sequitur.

XXXVI.

Subditi quidem Domino suo fidelitatem subjectionis jurare obstringuntur; sed non pariter dominus subditis suis ad fidelitatem jurandam est obligatus. a).

a) *per ea quæ tradit Alvarott. in c. un. de form fidelitat.* I. *quia non æquè de Domino uti de vasallo & subdito hoc expr. l. cautum reperitur in c. un qual. jur. deb. vasal. domin. fidelit & seqq. ubi tamen ordinaria sed es est omnis de fidelitate tractatus.* II. *quia vasallus sæpius comparatur cum liberto. At Patronus non jurat liberto suo propter honorem suum, l qui bona. §. pen. ff de damn. infect. l. jusjurandum 34. § qui jusjurandum. 4 ff. de jurejur. l. honori. ff de obseq parentib. & patron. præstand.* III. *quia dominus vasallo in effectu ipso in tantum tenetur absq; sacramento, in quantum vasallus Domino tenetur cum sacramento. Jam verò subditus fortius obligatur suo Domino, quàm vasallus; &*

lus; & subditus longè quàm vasallus Domino inferior est, ut supr. probatum. E. à Domino suo juramentum non exigat.

XXXVII.

Nisi speciali pacto & conventione vel consuetudine aliud sit inductum, & observatum.

XXXVIII.

Quòd si itaq; speciali pacto est inductum, ut Dominus prius juret, vel stipulata manu vel datis literis reversalibus subditis promittat se jura, libertates & privilegia eorum sarta tecta conservaturum, tunc Dominus necessariò tenetur ad talia servanda & præstanda. *a*). Hoc ampliatur: 1. ut si Dominus sit ipse Princeps & Imp. qui ad talia conservanda se subditis pacto vel literis reversalibus obligavit, utique & ipse necessariò teneatur. *b*). 2. Ampliatur: ut si Dominus vel Princeps talia pacta vel conventiones fecerit, inde non tantum Dominus ille vel Princeps teneatur ipse, qui eas fecerit; sed & ejusdem heredes & successores. *c*). 3. ut si Dominus vel Princeps tales conventiones vel promissiones cum subditis inierit, in tantum teneatur, ut si id facere & promissa præstare differat, subditi possint citra periculum & piaculum ullum fidelitatem & homagii præstationem recusare. *d*).

a) *Nam Dominus potest per conventionem juri suo renunciare l. si quis in conscribendo. & ibi Dd. C. de pact.* b) *I. namq; Princeps ex conventione obligatur ut alius quilibet privatus c. un. de natur. success. feud. Raphael. Fulgosius in l. digna vox. num. 5. vers. aliquando quæritur de contractibus & pactis. & Cyn. num. 2. q. 2. C. de ll.* II. *quia jus ex contractu cum Principe inito quæsitum sine justa caussa adimi nequit. Innocent. in c. quæ in Ecclesiarum. extr. de Constitut. Et ex contractu Princeps efficaciter obligatur Corras. 2 miscell. in 25. num. 5. Bronch. cent. 1. assertion. 11. Frideric. Pruckman. ad §. soluta potestas membr. 2. cap. 4. effect. 5. num. 28 & seqq. adeò ut etiam impunitas criminis, si quam promisit, Principi servanda sit Cognol. ad l. 65. numer. 17. ff. de R. J. Coler. de process. execut. pag. 4. cap. 1. numer. 234.* III. *quia non modò jure naturali Princeps pacta, contractus,*

conventiones & promissa servare cogitur; sed etiam jure divino c. etsi Christus. 26. extr. de jurejur. IV. *quia in pactis & conventionis Princeps jure communi utitur Bl. & Dd. in l. ex imperfecto. C. de testament. Joban. Andr. & Abb. in c. 1. extr. de præbend. Cyn. in l. digna vox. C. de ll. Dec. Consil. 404. n. 8.* V. *quia in Principe ante omnia consideranda est fides l. 1. C. de condit. in horreis publ. l. digna vox. 4. C. de ll. & nihil est, quod lumine clariore in Principe præfulgeat, quàm recta fides l. inter claras. C. de sum. Trinit. Et Princeps in primis debet curam habere justitiæ & Reipublicæ, quarum illa sine fide non est c. ubi sana. 29. c. 24. q. 1. hæc verò magis per fidem, quam per sudores corporales gubernatur c. in qualibet. 23. c. 23. q. 8.* VI. *quia si Princeps promissa & contractus non servet, non pro Principe; sed hoste nequissimo habendus est arg. c. 1. distinct. 93.* VII. *quia si Princeps pacta & conventiones non servaret, sed pro sua voluntate infringere posset nemo cum eo contraheret, & sic commercio rerum exueretur, quod esset valde grave l. hi qui. C. de Apostat. Bl. in l. Princeps. ff. de ll. Ludovic. Roman. Consil. 352. n. 22. ubi docet quod Princeps contractum cum subdito initum servare teneatur, etiamsi libertatem contineat, & quod Princeps non ex plenitudine potestatis conventionem cum alio initam rescindere queat vel convellere Paul. Castr. & alij in l. digna vox. C. de ll. & post illos Maul. tr. de homag. c. 1. n. 11.* VIII. *quia Princeps tantùm legibus positivis & civilibus non naturalibus est solutus Dd. in l. Princeps. ff. de ll. pacta autem & contractus sunt juris naturalis & gentium; Nam nihil magis secundùm naturam est quàm fides, id est, dictorum factorumq; constantia & veritas Cic. 1. offic. jura autem naturalia semper firma atq; immutabilia permanent, quia divina quadam providentia constituta sunt § sed & naturalia. 11. I. de I. N. G. C. Divinæ autem res perfectissimæ & perpetuæ sunt l. 2. §. sed quia divinæ C. de vet jur. enucl. & quia jus naturale rationis Deus ipse hominibus inseruit, & tanquam simulacrum suæ justiciæ insculpsit, ideoq; jus illud semper firmum, semper bonum & æquum est, nullique obnoxium civili immutationi.* c) *Maul. tr. de homag. cap. 1. numer. 11.* Nam I. *hereditas transit in heredem cum sua caussa, suisq; vitiis, oneribus, & qualitatibus. l. hæreditas. ff. de R. J. l. hereditas. ff. de V. S Br in l. 1. §. si tibi fundum. ff. de itin. actuq; privat. Cyn. in l. 1. C. uti possidet:* II. *quia filij vel heredes non possunt venire contra pactum defuncti, cui successerunt*

l. ea

l. ea quæ à patre 7. c. de restitut. milit. etiamsi heredum non sit facta mentio, qui enim pro se promittit sine mentione heredũ, etiam pro heredibus suis promisisse intelligitur gl. & Br. in l. si sic. ff. de V. O. Zas. ibidem n 8. facit l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pignorat. action. l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de V. O. III. *quia regulariter pacta conventiones & contractus ex sui natura ad heredes transeunt Jason in d. l. si sic. n. 14. & 17. & ibid. Alex. & alij ff. de V. O.* IV. *quia quælibet conventio in dubio censetur esse realis atque ob id ad heredes transitoria & non personalis Maul. d. n. 11. in fin.* d) *Nam frangenti fidem fides frangatur eidem l. cum proponas. 21. ubi Gothofredus in not. C. de pact. l. fin. C. de non numerat. pecun. l. 14. ff. pro socio c. 75. de R. J. in 6. Maul. d. c. 1. n. 12.*

XXXIX.

Idem juris est si speciali consuetudine sit inductum ut domini priores jurent vel stipulata manu vel literis reversalibus promittant se jura, libertates & privilegia subditorum non esse violaturos; Si enim & talia facere differant subditi jure homagii præstationem possunt recusare. *a)*. Hoc ampliatur eò, ut si antiqua & solita sit homagii præstandi forma, Dominus officio judicis vel condictione ex moribus possit compelli vel interdicto aliquo conveniri, ut idem faciat, quod ipsius prædecessores fecerunt. *b)*.

a) *Maul. d. c. 1. n. 13. Nam* I. *simulatque quid fieri consuevit, non est immutandum l. quòd si nolit. 32. §. assiduè. ff. de ædilit. edict.* II. *quia in exactione fidelitatis non est inducenda novitas Speculat. t. de feud. § quoniã. v. & nota in ult. columm.* III. *quia solita in juramentis præstandis consuetudo est servanda c. dilecti. extr. de major. & obed. c. cum consuetudinis. extr. de consuet.* IV *Hinc Bl dicit in c. un. n. 1. qual. jur. deb. vasal. domin. fidelit. quòd juramenta nova contra antiquam consuetudinem extorta intelligantur per impressionem præstita & per vim vel metum extorta l. si per impressionem. pen. C. de his quæ vi met. causs.* b). *Maul. d. c. 1. n. 14. per l. quòd si nolit. §. assiduè. ff. de ædilit. edict. Etenim Princeps tenetur subditos conservare in eo statu, in quo illos reperit Johan. de Plat. in l. neminem. C. de decurion libr. 10. Roland. à Valle Consil. 1. n. 104. libr. 1. facit gl. in l. moveor. C. si serv exportat. venerit. Et omnis*

 novitas

novitas est mala & vitanda Bl. Angel. & Jason in l. rebus. ff. de consti- tut. pecun.

Et hæc de Domino quatenus ille vicissim subditis suis juret vel non.

XL.

Si quis bona in alicujus territorio possidet, ipse verò in eodem territorio domicilium non habet, ille ad hoc juramentum subjectionis præstandum cogi non potest. a).

a) *Hostiens. Johan. Andr Panormitan. in c. nimis. extr. de jurejurand Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 9. ubi inquit se consulente ita esse judicatum. Mozz. de substantial feudor. n. 11. Coler. de process. execut. p. 2. c. 1. n. 23. Schneid de feud. p. 5. n. 68. Vult. libr. 1. de feud. c. 6. n. 5. Rosenth. cap. 6. concl. 85. n. 6.* Nam I. *hæc fidelitas & hujus fidelitatis juramentum est personæ respectu sui ipsius, non rei alicujus, quæ extra ipsam sit. Vult. d. n. 5.* II. *quia subjectio non ex bonis; sed sola habitatione & domicilio æstimatur. c. un. ibi: sed quia sub jurisdictione ejus sit. qual. vasal. jur. deb. dom. fidel. Johan. Ferrar. Montan. libr. 6. de feud. c. 1. vers. diximus. Andr. Knich. de sublim. territor jur. cap. 3. n. 157.* III. *quia domicilium est potissima caussa jurisdictionis. Riminald. jun. Consil. 353. n. 51. libr. 1.* IV. *quia ex domicilio quis propriè subditus putatur Alciat. Consil. 21. n. 7. per tex. in l. domicilium. ff. ad municipal. & in l. si in patria. C. de Incol. libr. 10. cum plurib. Dd. allegat.*

Sunt tamen Dd. & Jurisconsulti eximii qui statuunt, hoc subjectionis juramentum ab aliquo etiam ratione bonorum duntaxat, *etiamsi ille ibi non habitet, recipi posse, eò quod & hoc moribus ita receptum sit & cum naturali ratione non pugnet. Andr. de Isern. in c. un. n. 1. Alvarot. n. 1. Laudens. n. 12. & 15. Afflict n. 12. Præposit. n. 1. & 3 Schenk n. 7. & Petr. Raven. qual. jur. deb. vasal. domin. fidelit. Johan. Petr. Surd Consil. 174. n. 4. & seq Bursat. Consil. 4. n. 11. vol. 1. Panormitan. in c. ego. extr. de jurejur. Andr. Knich. de privileg. Duc. Saxon. c. 5. in fin.*

XLI.

Quòd si quis Comes, Baro vel Nobilis juri suo (assertionis hujus puta nostræ thes. præced.) renunciet & non tantùm Domino domicilii, sed & Domino vel Principi alicui, in cujus territorio bona sua habet; at verò in cujus territorio non habitat

neq;

neq; domicilium habet, juramentum subjectionis præstet, & obedientiam ei se præstiturum promittat, Principem illum ita pro Principe & domino suo hereditario agnoscens, tunc ex illa promissione Principi illi tantùm quoad realia, non etiam quoad personalia, & sic nō ordinariæ ipsius jurisdictioni subjicitur. *a*).

a) *Tob. Paurmeister. tr. de jurisdict. libr. 2. cap. 9. n. 118. & seq.* I. *quia homagium est duplex: personale & reale* Chassan. *in consuetud. Burgund. t. de Fied. rubr. 3. §. 4. verb. & homag. n. 23. & tit. Desmenis mort, rubr. 7. §. 18.* E. *licet quoad unam speciem se subjecerit, non sequitur quoad aliam se quoq; obligasse.* E. *tali homagij præstatione tantùm obligavit se ad obedientiam & alia quæ bonorum respectu subditi præstare teneantur, non tanquam subditus ordinariæ jurisdictioni ejus adeoq; etiam ad personalia subjecit.* II. *quia contractus ejusmodi sunt stricti juris l. quicquid adstringendæ. ff. de V. O. Menoch. Consil. 160. n. 26. vol. 2. l. veteribus. ff. de pact. l. in vendendo. ff. de contrab. emtion.* III. *quia obligationes ex obligationibus non sunt faciendæ l. 4. §. ait prætor; ff. de re judicat l. dedi in pr. & l. mulier. ff. de condict. ob causs. Br. in l. 3. §. nunc de effectu ff. de liberat. legat.* IV. *quia odiosa est servitus omnis & subjectio, adeoq; restringenda. Jacob. Aretin. & post eum Bl. in l. non possunt. in 2. lectur. ff. de ll.* V. *quia in specie juramentum quod vasallus domino feudi præstat, tantum reale est, adeoque nihil aliud est, quàm ut vasalli profiteantur se fideles domino fore & homines ejus Cujac. libr. 6 obs. 14.* E. *pari modo cùm & in proposito homagium tantùm reale sit, ipsorum bonorum etiam respectu tantùm quis se subjicit; at personalium ratione minimè.*

XLII.

Si in eodem pago, oppido aut territorio duo sunt Domini, quorum alter habet jurisdictionem simplicem & mixtum Imperium, die Unter- vnd Erbgerichte: alter verò merum imperium & jus gladii die Ober- vnd Halsgerichte, tunc si viget ibi certa conventio vel consuetudo aliqua, Incolæ illi Domino præstent homagium cui ex tali conventione vel consuetudine competit; Quod si conventio vel consuetudo talis deficit, illi Domino fidelitatem subjectionis jurent, qui civilem jurisdictionem habet. *a*),

a) *Matth.*

a) Matth. de Afflict. in c. un. n. 18. qual. jurat. deb. vasall. domin. fidelit. Marian. Frec. de auctorit. & potest: Baron. Auctorit. 2. n. 20. & 21. ubi ait ita esse judicatum inter Regem Neapolitan. & quendam Abbatem Rosenth. cap. 6. concl. 85. n. 8. Maul. d. c 1. n. 17. Etenim I. hoc subjectionis juramentum magis ad jurisdictionem civilem quam ad criminalem pertinet; Nam qui sub jurisdictione civili est subditus proprie censetur; jurisdictioni criminali subjugatur facinorosus. II. quia is qui jurisdictionem criminalem habet, nullum subjectionis sive competentiæ jus habet, nisi commisso delicto. Afflict. d. n. 18. Jacob Butrigar. in l. 1. ff. de offic. præfect. prætor. III. quia habens jurisdictionem criminalem propterea malè sibi vindicat jura superioritatis & jura alia, cùm de separatis malè inferatur. Rosenth. Maul. d. loc. & quæ sunt stricti juris non sunt extendenda, & obligationes ex obligationibus non sunt faciendæ, per jura modò tradita.

XLIII.

Si inter Dominum & subditos sunt controversiæ, dominus, si modò solitus fuerit juramentum prædictum in modum præstare, non tenetur differre hujus juramenti præstationem & exactionem homagii à subditis, donec istæ controversiæ sint sopitæ & decisæ, cùm salvo tali juramento controversiæ inter Dominum & subditos possint esse. *a)*. Et amplius si tali casu deinceps Dominus caussa cadat, perjurus dici non potest. *b)*. Nisi sciverit se morbidam & injustam caussam fovere. *c)*.

a) Nam juramentum Domini, quòd velit subditorum jura, libertates & privilegia sarta tecta conservare, eò restringitur, quòd dominus nihil velit agere violenter & de facto contra jus; Interim igitur potest dominus facere, quod fit jure permittente, ut sunt jure experiri adversus subditos & concessis remediis possessionem tueri per ea, quæ tradit Covar. in c. quamvis. pag. 1. num. 19. E. quamdiu Dominus non agit violenter, non potest dici juramento suo contra venisse. b) quia jure sibi concesso processit. c) Nam perjurium non committitur sine dolo & intentione delinquendi ut com. est Dd. opinio. Cagnol. in l. si quis major. n. 185. C. de transaction. Jason. in l. videmus. in pr. n. 7. ff. de in lit. jurand. Jul. Clar. libr. 5. sent. §. perjurium. num. 9. Maul. tr. de homag. cap. 3. num. 15.

Quoad

XLIV.

Quoad formam juramenti subjectionis præstandi eadem ferè recepta servantur, quæ superiùs de forma juramenti fidelitatis clientelaris tradidimus. Nam principaliter attendendum est, an adsit usitata & solita juramenti subjectionis præstandi forma, & illa præcisè servanda est, & ne minimum quidem ab ea recedendum; adeò ut si à subditis ultra vel præter consuetam formam homagium aut juramentum fidelitatis & obedientiæ exigatur, subditi possint optimo jure homagii præstationem recusare. *a*). Ampliatur hoc, ut si juramentum fidelitatis & obedientiæ præter vel contra consuetam & antiquam formam sit præstitum, præsumatur per vim impressivum vel vi extortum, ac propterea nullatenus vel ipsi juranti vel ejus successoribus possit præjudicare. *b*).

a) *c. dilecti. extr. de major. & obed. c. sanè. extr. de excess. prælat. c. cum consuetudinis. extr. de consuetudin. l. cum satis. 22. §. caveant. C. de Agricol. & censit. libr. 11. Specul. t. de feud. §. quoniam. vers. & nota quòd non debet, Bl. in c. un. §. pactiones. n. 1. de pac. Constant. Alvarott. in c. un. n. 2. qual. jur deb. vasal. domin. fidelitat. Jacob. de S. Georg. in tr. de homag n. 32. vers. sed hic cadit. Schrad. de feud. p. 10. section. 5. n. 98. Maul. d. c. 1. n. 18. cum plurib allegat.* b) *Bl. in d. c. un. n. 1. & ibi Matthæ. de Afflict. n. 16. qual. jur. deb. vasal. domin. fidelit. Jason. in l. testamentum. num. 5. C. de testament. & alij quàm plurimi à Maulio d. c. 1. n. 19. allegati. & egregiè subditos de tali casu instruit Schrad. de feud. p. 10. sect. 5. n. 99. & Consil. 52. n. 14.*

XLV.

Quòd si nulla adest forma hujus juramenti consueta & recepta, tunc subditis servanda est forma juris communis. *a*). Sed juris communis forma longo tempore & usu variè mutata est. *b*) Hodiè nostrates subditi jurant; ihren Erb- vnd Landesfürsten vnd derer Erben vnd Nachkommen getrew / hold vnd gehorsam zu seyn/ derer Schaden zu wenden vnd zu warnen / Nutz/ Frommen vnd bestes zu werben vnd zu fördern/ vnd alles das jenige zu thun/ das getrewe Vnterthanen ihren Erb- vnnd Landesfürsten zu thun schüldig vnd pflichtig seyn. *c*).

 a) qua-

a) *qualis præscribitur in c. un. qual. jur. deb. vasal. domin. fi deli* sc. *quòd sibi curæ sit vitam, corpus, mentem & honorem Domini sui defendi & conservatum iri.* b) *ut videre est in illa formula quam quondam Friderico Imperatori Episcopi & civitates Italiæ homagium præstando observarunt, quam recitat Otto Frising. in libr. de Frider. cap. 19. & Hotto-man. in d. c. un qual. jur. deb. vas. domin. fidelit.* c) *Andr. Knich. de privileg. Duc. Saxon. c. 5. in fin. Geil. de arrest. Imper. c. 7. n. 10.*

XLVI.

Et hoc juramentum corporaliter præstandum est, seu fidelitas subjectionis præstetur mediante juramento corporali. *a*). Et quidem ab omnibus omnino subditis corporaliter præstandum est, adeo ut si Comites, Barones & Nobiles fuerint subditi, æquè & illi solenniter & corporaliter jurare teneantur; nec sufficiat illos simplici verbo vel stipulata manu promittere. *b*).

a) *c. un. ubi Andr. de Isern. Jacob. de Belvis. Bl. Alvarot. Præpo- sit. Matth. de Afflict. & Dd. qual. jur. deb. vasal. domin. fidelit. c. un. §. vasalli nostri. ubi Bl. de pac. Constant.* b) *ut tradit Schrad. d. Consil. 23. n. 149 Ratio hujus in promtu est: quia si quatenus vasalli sunt juramentum clientelare corporaliter & solenniter jurare tenentur, cur non quatenus subditi homagium corporaliter præstent? cùm plus sit subditum quàm vasallum esse, ut sæpius antè traditum est.*

XLVII.

Toties autem homagium à subditis præstandum est, quoties est mutata persona Domini morte vel alio quocunq; modo; Itemq; quoties quis fit subditus alicujus Domini. *a*). Sed tamen illo casu, quando est mutata Domini persona, subditi non tenentur dominum adire atq; ad homagii præstationem se offerre; sed expectent exactionem Domini, & satis est, si non recusent, quando Dominus exigit. *b*).

a) *arg. c. un. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. arg. c. un. de capitul. Corrad.* b) *Maul. d. c. 1. n. 22.*

XLVIII.

Semper autem Domini persona subditis debet esse sancta,

cta, id est, nunquam sit facto vel consilio suo adversus dominum, nunquam in loco commoretur, ubi perniciosa contra Dominum tractantur; Dominum suum & honorem ejus semper debet extollere, nec unquam malum quantumvis verum de eo loqui. *a*). Et pariter sancta sit subditis persona aliqua conjuncta Domini, utpote uxoris, parentum, liberorum, fratrum, sororum, nurus, & quidem tam respectu corporis, quàm honoris & existimationis, nec non possessionum sive bonorum ipsius. *b*).

a) *c. un. §. si verò domesticus. qual. jur. deb. vasall. Domin. fidelit. Maul. d. tr. c. 2. num. 4.* b). *d. c. un. vers. si verò domesticus, Maul. d. c. 2. num. 5.*

XLIX.

Si quandoq; controversiæ existunt inter dominum & subditos, tunc quidem permittitur subditis jure adversus dominum experiri; *a*). Atque hinc consequitur, quòd subditi possint congregationem facere, & quidem legitimè sine consensu sui ordinarii ad collectam faciendam pro lite quam cum Domino habent. *b*). Sed tamen limitatur hoc, quòd subditus nullam debeat adversus Dominum instituere actionem famosam, quales sunt actio data adversus eum, qui accepta pecunia calumniæ caussa negotium alicui fecit, actio furti, actio vi bonorum raptorum, actio injuriarum, actio de dolo & id genus aliæ. *c*). Item non debet instituere actionem, quæ doli vel fraudis saltem habet mentionem, quamvis non jure, sed saltem facto infamet, ut est actio quod metus caussa, actio L. Aquiliæ, actio rerum amotarum, condictio furtiva, interdictum unde vi, remedium l. si quis in tantam. 7. C. unde vi. *d*). Itemque nec exceptionem quæ dolum contineat, ullus subditorum domino objicere debet. *e*).

a) *l. prætor. 7. §. præterea. ff. de injur. c. un §. si verò vasallus. ubi Alvarott. n. 3. 4. Andr. de Isern. n. 6. 7. Bl. n. 3. Afflict. n. 70. de milit. vasall. qui contum. est. Jacob. de S. Georg. in verb. & dicti vasalli pro dictis rebus. numer. 7. & 8, Petr. Frider. Mindan libr. 1. de mandat. c. 13. n. 1. & alij allegati à Maul. d. c. 2. n. 6.* b) *Roland.*

 à Valle

à Valle Consil. 17. n. 28. & seqq & post eum Maul. d. c. 2. n. 6. in fin. c) *quæ videantur apud Wesenb. in par. ff. n. 5. de his qui not. in fam.* d) *Maul. d. loco.* e) *l. 1. C. de obseq. patron. præstand. l. honori. l. parens. l. licet. ff. eod. l. non debet ff. de dol. mal. l. sed si hac §. prætor. ff. de in jus vocand. Maul. d. c. 2. n. 7. 8.*

L.

Sed tamen & hæc suas limitationes admittunt: 1. Subditus utique adversus Dominum actionem injuriarum famosam instituere potest, si injuria sit atrox & realis, qua à Domino est affectus. *a*). 2. Si Dominus adversus subditum vim armatam exercuit, vel vi armata ipsum de possessione sua dejecit, subditus contra ipsum interdicto unde vi potest experiri vel uti remedio l. si quis in tantam. C. unde vi. *b*).

a) *l. 8. C. de injur. l. 38. §. liberto ff. ad L. Jul. de adulter. l. 10. §. prætor. ait ff. de in jus vocand. Wesenb. de feud. c. 10. in fin. Maul. d. c. 2. n. 12. & cum his concordant superius tradita de resistendo Domino, qui manifestè & notariè ad illicita subditos suos coëgerit adeoque sine caussa in eos crudeliter fuerit grassatus.* d) *l. 1. §. hoc interdicto. ff. de vi & armat. Nicol. Everh. jun. Consil. 1. num. 121. & seqq. vol. 3.*

LI.

Ex his igitur constat, quòd subditus adversus Dominum actionem famosam non debeat intentare, eique nec talem exceptionem objicere; attamen antea traditum est, quòd subditus contra Dominum jure & competenti actione possit experiri; qua igitur utetur actione? Actionum & exceptionum famosarum loco subditus adversus Dominum utatur temperatis in factum verbis actionibus & exceptionibus & præfatione honoris. *a*). Ampliatur hoc quòd subditus adversus Dominum ne quidem honestam actionem intentare possit, nisi cum honestate verborum. *b*). Rursus hoc limitamus concludentes: citra tamen reverentiæ læsionem subditum posse suum Dominum in jus vocare. *c*).

a) *l. non debet. 11. ff. de dolo, cujus praxin docet Br l in famem. n. 4 ff. de public. judic. Angel. i de except. in pr. Gomez. l. de A in pr. n. 24. in fin. Et eleganter tradit Caltan. in Consil. 1. n. 20. Domini factum*

ctum narretur, ita ut nulla mentio doli, violentia vel fraudis fiat, non dicat quod Dominus ut & pater vel patronus fecerit dolose vel fraudulenter; *sed dici poterit quod fecerit* scienter; *& hoc modo actio temperabitur in factum conceptis verbis per d. l. non debet. 11. ubi Jacob. de Aren. Everh jun. Consil. 1. n. 124. vol. 2. & ab eo relati & post hos Maul. d. c. 2. n. 9.* b) *Maul. d. c. 2. n. 10.* c) *post Anton. Fabr. in rational. ad l. 2. ff. de in jus vocand. Rosenth. de feud. cap. 10. concl. 23. n. 23. & ab his allegatos Maul. d. c. 2. n. 11.* I. *Namq; parentes & patroni sine venia in jus vocari ex edicto prætoris in l. 4. ff. de in jus vocand. non debent ob summam reverentiam ipsis debitam propter incomparabile beneficium, quod ab ijs liberi & liberti acceperunt. Nam liberi à parentibus acceperunt ipsam vitam naturalem; liberti à patronis libertatem, quæ vitæ naturali est praferenda per l. fin. C. de patr. potest. Tale beneficium subditus à Domino suo non accepit. Cessante igitur legis ratione cessat ipsa dispositio legis.* II. *quia Magistratus minores olim etiam in jus vocari potuerunt l. nec Magistratus. 32. ff. de injur. Neque tamen legitur eo nomine veniæ impetratione opus fuisse; id quod hodie recepti juris est universalis.* III. *quia ita in Camera Imperiali observatum est, ut notat Maul. d. c. 2. n. 11. in fin. ubi refert, quòd in quadam caussa, cujus ipse fuit Advocatus, à reo objecta fuerit exceptio veniæ impetrandæ ad impediendam litis contestatione, sed pronunciatum sit, reum, ea non obstante, ad litem contestandam teneri.* IV. *Notat Dn. Ilico Hammius disputat. 5. processus th. 7. n. 37. quòd hodie quoad mores nostros magistratus indistinctè possit in jus vocari, ex quo violenta illa in jus vocatio à foro recessit; eò quod magistratus ubiq; ferè locorum cæperint esse perpetui, ut ob id necessum sit illos in jus vocari posse, ne aliàs suo jure adversarius excludatur iniquè.*

LII.

Porrò Dominum suum subditus propter summam reverentiam debitam accusare non potest. *a*). Ampliatur hoc: 1. quòd subditus alium accusatorem adversus Dominum inducere ne quidem possit. *b*). 2. quòd subditus neque in processu accusatorio pro accusatore domini deberet fidejubere. *c*). Idem jus rursus limitatur: 1. Subditus, si vult, jure mariti Dominum accusare potest. *d*). 2. Subditus suam & suorum

 inju-

injuriam, si modò atrox, persequi potest. *e*). 3. Subditus contra Dominum procedere potest accusando de rebus suis; sed tamen civiliter non criminaliter. *f*). 4. Immò verò si dominus adversus subditum usus est vi armata, subditus etiam L. Julia de vi publica potest eum accusare. *g*). 5. Si subditus dominum de fraudata annona vult, utique potest accusare. *h*). 6. Subditus Dominum suum ob crimen læsæ Majestatis accusare debet. *i*).

a) *l. fin. C. de delation. & accusation. l. 8. in fin. ff. de accusat. L. 20. C. qui accusar. poss. vel non. l. 1. §. quod autem dictum. ff. de offic. præfect. urb. l. falsi. 5. C. ad L. Cornel. de falsis.* b) *per ea quæ tradit in simili Curt. p. 4. de feud. num. 70. ubi concludit post glossam in c. un §. sed & qui delator. & ibi Alvarott. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. quod vasallus feudo privetur, si accusatorem ad accusandum dominum feudi induxit arg. l. qui cum major. §. sed & si. ff. de bon. libertor. Si igitur vasallus hoc facere prohibetur; E. multò magis subditus, ut qui Domino suo fortius est obligatus.* c). *ut in eodem simili tradit Schrader. p. 9. c. 8. num. 2. Vultei. c. 11. n. 27. quia si vasallus fidejusserit pro accusatore Domini, feudo privatur. arg. c. un. §. item si delator. extensivè. arg. l. post legatum 5. §. sunt qui putant. ff. de his quib. ut indign.* d) *l. si adulterium. §. liberto. ff. ad L. Jul. de adulter.* e) *d. l si adulterium. §. liberto. ff. ad L. Jul. de adulter. l prætor. 7. § præterea ff. de injur. l. sed si 10. §. prætor ait. ff de in jus vocand. l. cum nec. 6. C de injur.* f) *l. hi tamen. 11. §. 1. ff. de accusat. l. 1. §. quod autem ff. de offic. præfect. urb. l. falsi. 5. C. ad L. Cornel. de falsis.* g) *l. 1. §. interdictum hoc. ff. de vi & vi armat. Maul. d. c. 2. n. 14. in fin.* h) *l. 1. ff. ad L. Jul. de annon.* i) *l. si quis. 20. in fin. C. qui accusar. possunt l. famosi. 7. §. 2. ff. ad L. Jul. Majestat. Maul. d. c. 2. n. 14.*

LIII.

Ad hæc subditus contra Dominum non debet esse Advocatus, Procurator vel sollicitator, idq; non solùm ob reverentiam, sed etiam ob præstitum homagium. *a*). Tandem subditus contra Dominum suum testimonium perhibere non debet. *b*). Quid? quòd ne quidem cogi possit ad dicendum adversus Dominum suum testimonium. *c*). Nisi omnes aliæ probationes defi-

deficiant *d*). Et deniq; juramentum calumniæ à Domino suo subditus exigere non debet. *e*).

a) *arg. eorum quæ tradit Curt. pag. 4. n. 72. de feud. Rosenth. de feud c. 10. conclus. 22. n. 16. & seq. Nam homagium à subdito tantò sanctius est custodiendum, quantò strictius est obligatus subditus Domino suo quàm vasallus Domino feudi. Geil. de pignorat. c. 15. per totum. Maul. d. c. 2. num. 17. post plures allegatos.* b) *arg. l. qui cum majori §. sed etsi. ff. de bon. libertor.* c) *arg. l. Julia. ff. de testib.* d) *ut in simili concludit Schrad. de feud. d. p. 9. c. 8. n. 3.* e) *l. jusjurandum. 34. l. tutor. 35. ff. de jurejur. Maul. d. c. 2. in fin.*

Et hactenus de forma homagii: restat ut contraria homagii præstationis aliquo usq; perspiciamus.

LIV.

Caussæ propter quas subditi homagii præstationem recusare possint, ex hactenus traditis hæ quidem colligi possunt: 1. Si conventione speciali vel consuetudine sit receptum, ut ne soleant subditi fidelitatem subjectionis jurare, & id quidem sufficienter potest probari, tunc si Dominus subditos ad homagium præstandum urgeat, possunt illi illud jure recusare. 2. Si subditi sunt de jure immunes ab homagii præstatione, ut de clericis assertum. 3. Si conventione & pacto vel consuetudine ita sit inductum, ut domini priores subditis fidelitatem jurent, vel stipulata manu vel literis reversalibus eam promittant, & tale quid novus dominus servare nolit, tunc & ipsi & fidelitatem præstare & eandem jurare, possunt recusare. 4. Si Dominus subditos cogat, ut contra suam avitam & orthodoxam religionem jurent in ipsius fanaticam & peregrinam. 5. Si dominus cogat subditos jurare in id, quo rebus eorum affertur detrimentum, vel quod illicitum est aut iniquum. 6. Idem est, si ille qui homagium sibi præstandum exigit, verus territorii Dominus non est. 7. Si homagium contra consuetam & antiquam formulam exigatur. 8. Si homagium semel sit præstitum, & tamen denuò exigatur, non mutata persona Domini, jure à subditis recusatur.

Porrò

LV.

Porrò pœna subditi, absque caussa justa fidelitatem & juramentum subjectionis præstare recusantis, est amissio omnium bonorum. *a*).

a) *Schrad. Consil. 23. n. 167. & seqq. Maul. d. tr. de homag. c. 1. num. 24. Nam 1. qui juramentum pacem publicam respiciens præstare nolit & injustè recusat, publicatione bonorum punitur c. un. §. qui pacem. de pac. jurament. firmand. Atqui fidelitas & juramentum fidelitatis subjectionis, die eydliche Huldigunge / à subditis exigitur, ut pax & tranquillitas conservetur, & ut purgetur & tollatur suspicio seditionis & rebellionis & Dominus assecuretur c. un. & ibi Andr. de Isern. Alvarott. Præposit. qualit. jur. deb. vasall Domin. fidelit. l. præsenti. circa medium cum ibi notat: C. de his qui ad Eccles confug. c. petitio extr. de Jurejur. E. II. Rebellis omnia bona sua feudalia & allodialia amittere meretur, prout est de mente Br. in constitut. qui sunt rebelles. in verbo: rebellando. n. 17. Et hanc sententiam esse communem & ab ea non recedendum statuit Schrad. d. Consil. 23. n. 173. & post hos ac alios plures relatos Maul. d. c. 1. n. 24.*

LVI.

Et quidem ob rebellionem amissio bonorum fit ipso jure, & propterea statim à die contracti criminis ipso jure rerum suarum dominio reus cadit. *a*). Hoc tamen limitatur in proposito, ut Dominus subdito suo hoc juramentum subjectionis sine justa caussa præstare recusanti, bona propria auctoritate non possit auferre; sed opus habeat citatione & sententia judicis declaratoria, puta Dominus vel Magistratus debet prius facere subditum citari ad videndum semet declarari rebellem, & ideò commissa esse bona sua; & servato ordine judiciario debere desuper expectare judicis sententiam. *b*).

a) *l. fin. C. ad L. Jul. Majestat. l. 20. C. de accusation. l. 3. §. 4. ff. de donation. Jul. Clar. §. læsæ Majestat. crimen. n. 9.* b). *Anton. Gabriel. Romanus libr. 7. com. opin. concl. 12. Andr. Geil. de pac. public. libr. 2. c. 3. n. 15. Nam prior illa sententia obtinet in crimine notoriæ rebellionis actu permanentis, quod ita publicè committitur, ut celari nequeat;*

queat; at in proposito rebellio est non admodum notoria, quæ sententiam expectat, & talis rebellis, quia ante sententiam condemnatoriam bonorum suorum retinet dominium, ipso jure bona non amittit per l. quæsitum. 1. ff. qui & à quib. man liber. non fiant. facit l. pen. & ult. C. ad L. Jul. Majestat. l. aufertur. §. in reatu. ff. de Jur. fisci l. post contractum. 15. ff. de donation Geil. d. n. 15 cum plurib. additis.

LVII.

Quinetiam Dominus potest officio judicis subditos injustè recusantes ad homagium præstandũ compellere vel condictione ex moribus vel ex L. si Coloni. C. de agricol & censit. vel ex L. litibus. 20. C. eod. Item si Dominus sit in possessione & subditi recusent fidelitatem, dantur Domino interdicta possessoria. *a*).

a) per ea quæ in simili tradunt Baro libr. 4. de benefic. c. 7. Duaren. de feud. cap. 19. n. 6. Borth. cap. 9. de feud. c. 8. n. 27. & 28. Rosenth. c. 12. concl. 12. n. 51. Maul. d. c. 1. num. 26 post alios relatos. Nam Dominus rei feudalis retinet possessionem civilem etiamsi rem in emphyteusin concedat l. quod meo. 18. ff. de acquir. possess. l. 2. C. de præscript. 30. vel 40. annor: At verò actus possessionis est exigere servitia, & alia similia, quæ Domino debet vasallus E. dubium non est, Dominum posse experiri Duaren. d. n. 6. Item si Dominus à quasi possessione percipiendi annuam præstationem seu pensionem fuerit dejectus, dabitur ei interdictum unde vi. Innocent. in c. pervenit. ubi Abbas n. 3. extr. de censib. Borch. d. c. 9. n. 27. post Bl. & alios citatos. E. & in proposito Domino datur interdictum possessorium ad jus suum subjectionis exigendum.

LVIII.

Item si Dominus immediatè subsit Imperio potest adversus subditos jurare nolentes, oder die Erbhuldigunge erstatten/ mandata pœnalia in Camera Impetrare. *a*). Et deniq; si subditi fidelitatem subjectionis & fidelitatis illius juramentum præstare absque caussa recusant, potest Dominus ad arresta bonorum & personarum procedere; bona eorum possunt arrestari, personæ carceribus mancipari, fructus fundi impediri, pignorationes jumentorum fieri, villę rusticę cum omnibus instrumentis quasi sequestrari tantisper donec homagium præstent, *b*).

Dd a) *Maul.*

a) *Maul. d. c. 1. n. 27.* b) *Geil. de arrest. Imperij cap. 10. num. 1. & post eum Maul. d. c. 1. n. 28. in fin. Nam operarum & aliæ præstationes & debita subditorum servitia fructus jurisdictionis sunt: facit tex. l. fructus hominis. & l. non hominis ff. de oper. servor. & perinde à subditis exiguntur ut pecunia credita per text. in l. à duobus ff. de oper. libertor.*

LIX.

Ad extremum ex hisce omnibus hactenus traditis inter hæc tria juramenta conformis statuitur convenientia: quod eorum nullum sit ad heredes transitorium; sed quodlibet semper in successoribus & filiis, etiamsi quispiam pro se & suis heredibus seu successoribus juraverit, renovandum ab iisq; de novo præstandum. Hinc si Principi suo pater præstiterit juramentum vel officii vel subjectionis vel clientelare, & filius etiam ab illo Principe ad officium vocatur, aut si filius matrimonio se jungit & larem fovet; aut si pater ei refutaverit feudum, vel alias defuncto parente, quodlibet juramentum pro conditione muneris vel sortis suæ præstare obstringitur; Intuitu verò Principis & Domini vel Magistratus quodlibet juramentum est ad heredes transitorium; quia officiales subditi vasalli Principi & Domino & heredibus ejus unà jurant, als ihren Erbherren und desselben Erben und Nachkommen.

LX.

Rursus evidentes hæ inter eadem sunt differentiæ: *I. Juramentum* officii & clientelare differunt ita: Juramentum officii præstatur solius officii caussa & tantùm personæ intuitu, etiamsi nulla bona vel allodialia vel feudalia officiales possideant; Juramentum verò clientelare non personæ intuitu; sed ratione rerum & bonorum feudalium præstatur, unde etiam homagium dicitur reale. Intrigriol. q. 38. n. 9. *II. Juramentum* subjectionis & clientelare ita differunt: 1. ratione formæ: In juramento subjectionis subditi promittunt etiam obedientiam, ihrer Landesobrigkeit getrew/ hold und gehorsam zu seyn: In juramento verò clientelari promissio obedientiæ, gehorsam zu seyn/ omittitur, & vasallus tantùm Domino promittit & jurat, getrew/gewertig und hold zu seyn/ Geil. de arrest. Imperii c. 7. n. 10.

Ex

Ex qua 2. differentia ratione effectus innotescit: Juramentum subjectionis fortius ligat subditos magisque adstringit ad obedientiam quàm clientelare vasallos; ac proinde juramentum subjectionis, quia regulariter non ratione bonorum; sed solius personæ intuitu præstatur, personaliter etiam præstandum est, nec Procurator seu mandatarius admittitur; at fidelitatem clientelarem etiam per Procuratorem seu mandatarium promitti sufficit, ut in superioribus suo loco disputatum est. *III. Deniq;* hæc tria juramenta ratione objectorum differunt: Nam & juramentum assecurationis & subjectionis utrumque regulariter personæ intuitu tantummodò præstatur, citra respectum bonorum tum feudalium tum allodialium; Hoc verò juramentum clientelare ratione bonorum & quidem feudalium tantùm præstatur, ut ex hactenus propositis abundè constat.

Πάρεργα.

I. In fundationibus Canonicatuum sub papatu factis solet singulari devotione & severitate præcipi, hoc præcipuum requisitum in Canonicis in futurum attendendum, ut Canonici in primis superiores, opimas præ reliquis Præbendas occupantes, semel ad minimum singulis septimanis vel missam celebrent, vel concionentur, præterquam quod in singulos dies ordinarias Psalmodias decantandas frequentent; & secus forsan facturos solent vel tali maledictionis fulmine prosternere: quòd si qui in futurum his contravenire præsumant, sint maledicti in secula, Wer solcher fundation nicht wird nachkommen und sich gemes verhalten/der sol verflucht seyn in Ewigkeit. Quæritur an nostri Canonici reformati, modò suis sacris reformatis ritè intersint, debeant ejusmodi maledictionis bombo perterreri? Negamus de omni jure.

II. Quæ-

II. Quæritur an ita ſit bene receptum & cum emolumento publico, quòd ad Canonicatus ſupremos, zu den hohen Stifften/ tantum Nobiles perſonæ, Barones, Comites, Principes &c. nec etiam Cives, licet literati admittantur? publicum decus & emolumentum hoc eſſe aſſeveramus.

III. Jus venandi per ſe, & in quantum jus eſt abſolutum ſingulare & ſolenne, utiq; de regalibus eſt.

Caſus:

Titius cum Angelica ſub veſpera ante cœnam ſaltans cupidinis telo ſauciatus incipit eam amare & peramare, poſteaq; ſub cœna ad menſam ei aſsidens promittit ei matrimonium vel per ſponſalia de præſenti, & in hæc ipſa conſentit, ut & Titii mater, quam parentem unicam adhuc mortuo patre habet; Sed Angelicæ parentes prorſus nolunt conſentire: tandem verò mortua matre Titii, efficitur ille heres & dominus omnium familiæ ſuæ bonorum, id verò olfacientes parentes Angelicæ, præſtò ſunt, qui Titio ut ducat Angelicam volunt conſentire; ſed tunc Titius ſuo quoq; vivens genio & ingenio ipſam quoq; Angelicam cum ſuis parentibus juxta æſtimat & Angelicam planè repudiat, quæritur an Titius Angelicam retinere cogatur? Decidimus nequaquam.

F I N I S.


Diſp. VI.

DISPUTATIO SEXTA
& Ultima
De

FEUDO LIGIO ET NON LIGIO.

RESPONDENTE
NICOLAO Beſelin Roſtochienſi Megapolitano.

CONTINVATIO.



Ota hæc huc usq; diducta de fidelitate & juramento clientelari institutio ſi unquam eſt operoſa & efficax ad aliquod jus feudi ſolidè producendum, maximè talis deprehenditur eſſe in feudi ligii & non ligii ſtructura. Si quidem totum quodcunq; feudum ligium vel non ligium eſt, illud ipſiſima fides clientelaris jurata eſt, adeoq; illud hujus germana propago & genuina proles eſt, & hæc illius forma eſt informans, poſitiva & eſſentialis. Itaq; & hîc ad calcem collegii noſtri tan-

quam in appendice de ligio & non ligio feudo agemus, tanquam de proximo omnium cognato fidelitatis & juramenti clientelaris.

THESIS I.

Distributio feudi in ligium & non ligium eximiis JCtis tum antiquioribus tum recentioribus probata est *a*) cum quibus feudum ligium definimus, quod sit feudum propter quod vasallus, prout investituræ tenor exigit, fidelitatem clientelarem domino suo contra omnem omninò hominem nullo anteposito sive excepto præstare obstringitur. *b*).

a) *Bl. in prælud. feudor. division. 8. Alvarot. in prælud. feudor. vers. tredecima divisio. Jacobin. de S. Georg. in verb. in feudum. num. 19. & intr. de homag. n. 5. Gemmel. de feud. p. 1. division. 8. Schneid. p. 1. num. 42. Cujac. 2 feud. 7. & 4. F. 93. Wes. de feud. c. 2. num. 8. Gars. de expensis c. 12. num. 33. 34. Valasc. de jur. emphyteut. q. 40. num. 15. Knichen libr. 2. de vestit. paction. c. 5. num. 78. arg. c. un. de feud. lig. Vult. libr. 1. de feud. c. 8 num. 20. Bocer. clas. 5. disp. 13. th. 33. & in tr. de qualitat. & differ. feudor. cap. 5. nu. 67. Gothof. Anton. disp. feudal. 1. th. 3. lit. a.* b) *c. un. §. satis. bene. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. c. un. de feud. lig. t. 99. in extraordinar.*

II.

Formula feudi ligii hæc solet esse, quando flexis genibus & positis manibus junctis in manus Domini vasallus vel ligius homo hisce verbis jurat: Ego juro homagium tibi Domino, ut amodò sim homo ligius vester, contra omnem hominem qui potest vivere & mori, hoc est ad tempus mortis meæ. *a*) Nostra lingua dicimus: **Daß sich der Lehnman wil gebrauchen lassen wider menniglichen / niemand ausgeschlossen.** *b*)

a) *ut explicat Isern. in c. un. de nov. form. fidelit. & refert tale juramentum Joan. Jovian. Pontan. libr. 1. de Ferdinand. I. Rege Neapolitano Alphonsi fratre libr. 1. fol. 178. cum seq. quod videre est apud Knich. p. 2. c. 5. n. 94. de vestitur. pactiom.* b). *Schneid. de feud p. 1. n. 42. Gothofred. Anton. disp. 1. th. 3. lit. b.*

III.

Hinc consectarium est: quòd hoc feudum consistat in supre-

suprema accipientis fidelitate, quâ videlicet par aut major ulli homini ab eodem deberi nequit. *a*)

a) *Gothofred. Anton. d. disput. 1. th. 3 lit. b.*

IV.

Ligium feudum dicitur à ligando κατ' ἐξοχὴν & secundum excellentiam; quia tale feudum sub arctissimo fidei nexu confertur *a*) vel ligium dicitur feudum, quòd ligatis Reges pollicibus illos, qui illorum ligii fiunt, fidei imperiisq; suis ita vinciant atq; obnoxios reddant. b)

a) *Vult. libr. 1. de feud c. 8. num. 20. Petr. Gregor. lib. 6. syn- tag. J. U. c. 2. num. 23. Gothofr. Anton. d. th. 3. lib. 6.* b) *uti ex Joviano Pontano & aliis Philipp. Camerar. in meditationib. suis historicis cap. 6. eruditè probat eumq; sequuntur Gœdd. disp. feudali 2. th. 7. Niell. disp. feud. 1. th. 9.*

V.

Hanc itaq; feudi in ligium & non ligium distributionem esse ex effectis adserimus. Etenim cum in hoc feudo fides vel fidelitas modò arctissimè ut nihil supra, modò arctè tantùm Dominum & vasallum liget, ab ejusmodi fidei effectis feudum ligium & non ligium dicitur. Non igitur à forma sic dividitur feudum, ut contra Dominus Vulteius statuit. *a*) Neq; ex adjuncto hæc distributio est propterea, arctior quòd illa obligatio vasalli à pacto investituræ dependeat, & inde hujus feudi adjunctum sit ut vult Dn. Boccerus. *b)*

a) *d. c. 8. num. 20. Nam* I. *fidelitas, quæ est substantialis forma feudi in feudo est, licet vasallus non ita arctè fuerit obligatus.* II. *quia si feudum ligium vel non ligium propter fidelitatem tale esset, utiq; omne feudum ligium vel non ligium propriè ita dictum esset, quod absurdum.* III. *quia ut feudum sit ligium vel non ligium non facit ipsum feudum propter suam formam genuinam; sed fidei efficacia intensior vel remissior ligat vasallũ, inde etiam feudũ dicitur ligium, & ita à fidei vi inditam sibi formã habet. v. g. feudũ nobile sic dicitur à sua forma, quia accipientẽ nobilitat; feudũ regale, quia regalem dignitatẽ confert; feudũ ex pacto & providentia, & hereditarium, quia vel ratione legis providentiæ vel ratione pacti hominis, successionis jus confert; feudũ autem ligium non ligat vasallum;*

sed vasallus fide sua se totum & per omnia ac absolutè domino ligat, obligat ratione feudi finaliter & sic secundariò se etiam ad feudum ligat, inde per posterius & effectivè feudum ligium vel non ligium dicitur. Etenim ut Duarenus notat in commentar: juris feudorum c. 4. num. 5. de feudo ligio hoc singulariter est notandum, ut pote quod ab omnibus traditur scilicet ligium hoc feudum magis inhærere personæ quàm rei, & sic πρώτως obligat personam vasalli, ὑστέρως & in consequentiâ etiam feudum; At verò simplex feudum magis est servitus rei quam personæ; persona quidem in simplici feudo obligatur, sed propter rem; qua propter intelligitur vasallus jurare fidē Domino quamdiu possidet rem feudalem, ut postea dicetur: Ergo vasallus ligius suam directò obligans Domino personam, effectu fidei suæ per personam suam etiam obligat feudum, undè effectivè feudum dicitur ligium. b) *tr. de qualitat & different. feudor. c. 5. num. 68. & seq. Nam arctior illa obligatio ex pacto investituræ non adjunctum, sed potius caussa efficiens est fidei firmioris, & sic etiam caussa remota feudi ligii & non ligii. Siquidem propterea quod in investitura vasallus ita se obligavit, fidem singulari modo servat, ut ad fidem se obligavit & obstrinxit præstandam, inde fides illa feudum ipsum ligium sit, efficit.*

VI.

Hujus feudi divisionis non quidem fit expresse mentio in ordinario Jure feudali, non tamen inde rejici debet divisio, qua feudum in ligium & non ligium dispescitur. *a*)

a) *Nam* I. *feudum ligium describitur in c. un. extraordinar. de feudo ligio. t. 99. ex quo facilè est intelligere quid sit feudum non ligium.* II. *feudi ligii meminit textus in clementina. pastoralis. vers. rursus. ibiq; gl. ext. de sent. & re judicat. ubi Clemens summus Pontifex allegat: Regem Siciliæ suum hominem ligium fuisse.* III. *feudi ligii ut & ligii vasalli recordantur historici: Annonius tradit cap. 54. Henrico filio Comitis Andeganorum, Ludovicus Rex Ducatum Normantiæ, ejecto Rege Anglorum, restituit, & eum pro eadem terra in hominem ligium accepit. Item Albertus Argentinensis in Chronicis: cùm non ab Imperatore moverentur, cujus essent ligii Egvinar. Baro libr. 1. de Benefic. Cujac. in c. un. de nov. form fidelit.*

& post

& post hosce Borch in com.feudor. c. 4. num. 21. Ergo ex hisce constat: antiquam admodum esse feudi divisionem in ligium & non ligium feudum, adeoq; ut probatam posse eam servari; quippe quod aliàs multa feudalia novis consuetudinibus comprobata serventur.

VII.

Vocabulum autem ligius homo propter πολυσημασίαν suam multas potest excitare dubias animi sententias; Itaq; eas ut evitemus, varia ejus significatio est declaranda. Dicitur autem ligius homo tribus modis. Primū propriè absolutè & per prius, ut qui juramento fidelitatis summo alicui Principi eidemq; uni & soli se totum devovet. *a*) Rursus homo ligius absolutè & per prius uni alicui eique soli Principi summo se devovet vel tribus modis: tum ratione subjectionis & feudi simul? tum alterutrius tantùm, ut pote subjectionis tantùm; tum deniq; solius tantummodò feudi. *b*) Ratione subjectionis & feudi simul homo ligius est, qui Principi uni & summo jurat fidelitatē omnigenam, id est unà & subjectionis & vasalliticam: Et huic opponitur ille, qui merū feudum à Principe agnoscit; alteri verò Principi subiectus est, & sic ratione alterutrius tantùm vel subjectionis, vel feudi, absolutè ligius est. *c*) Ratione subjectionis tantùm homo ligius est, qui summo alicui Principi soli vel Imperio Romano est immediatè subjectus & feudum ab eodem habet nullum. *d*) Deniq; solius feudi intuitu homo absolutè ligius est, qui ab Imperatore vel Principe aliquo superiorem non recognoscente feudum tenet, alia verò bona allodialia nulla habet, proindeque ejusdem subditus non est, neque homagio ullo eidem obstrictus. *e*)

a) *Jacob. de Franchis in prælud. feudor. cap. 2. num. 138. Johan. Saison. in consvet. Turonensibus rubr. Homage. art. 1. concl. 33. Menoch. consil. 2. num. 24. & seq. libr. 1. Rittersh. 1. feudor. c. 4. q. 10.* b) *Gothofr. Anton. disp. feudal. 1. th. 3. lit. b.* c) *Anton. Capyc. decision. 162. num. 11. cum seqq. Andreas Knichen acceptionem hanc moribus nostris potissimum convenire dicit in tr. de vestit. pact. p. 2. c. 5. num. 108. & num. 148. cum seq. Tales homines ratione subjectionis & feudi simul absolutè ligii sunt Electores, Duces, Marchiones,*

chiones, Principes, Comites Imperii Romani subditi & vasalli ejusdem Georg. Obrecb.disp.feud.c.5.num.147. & post Cling.Guerrin. Pis.Soacius in praelud.feud cap.43.num.1 in fin. Knicb.d.c.5.n. 123. Ant. Gothofred.disp.feud. 1.th 3.lit.b.vers.priori consideratione. Talis item vasallus ligius olim fuit Johannes Rex Angliae, qui fraude regnum invaserat, & se regnumq; suum ad subditos omnes dedidit in Romani Pontificis potestatem anno 1212. contracta solemni fiducia Principum ac subditorum consensione,nec tantùm se Pontificis Romani vasallum, sed etiam aerarium professus est, ut latè haec tradit Bodinus de Republ.cap.9.n.109.vers. Angliam tamen. d) *Petr. Gregor. libr.6 Syntagmat.c.2.n.29.Andr.Knich. d.p.2.c.5. n. 66. Talem hominem absolutè ligium ratione subjectionis tantum ferunt olim in Imperio fuisse Baronem de Krenckingen; Ille enim oppidum Tungen Constantiensis diaeceseos tantùm jure allo dii & subjectionis habuit, de quo referunt lepidam hanc historiam, aliquando Imper. Fridericus I. oppidum illud Tungen perambulavit, sed tunc Baro ille immotus sedit & Imperatoriae Majestati non assurrexit, solummodo cùm Imp. adveniret capellum vel pileũ suum movendo curialitatis reverentiam aliquam ostendere voluit, percontante autem Imperatore, quisnam esset ille, qui reverentiam Majestati suae debitam non exhiberet, responsum tulit, quià idem possessionibus, Corpore, rebus tam liber esset, ut nec ab Imperatore nec alio quoquam usum seu beneficium rei feudariae perciperet; Imperatorem igitur ut clericus pro Domino suo agnosceret; Hinc Imper. ejus animum hilariter aspexit, & ipse monetam in oppido suo cudendi servatis servandis cum Caesaris effigie ut & heredibus ejus in feudum seu beneficium ab Imperio munificentissimè concessit. Crusius in anal.Suevicis.p.2.lib.11.cap.18.fol.504.ad fin. Andr.Knich.d.c.5.n. 146.& notat Anton Gothof.d.th.3.lit. b. vers.respectu alterutrius.* e) *Talia exempla adhuc in Imperio Germanico Romano habentur plurima, si quando nobiles solummodò feudo ab Imp. habent, ut in districtu Franciae & Sveviae; non etiam alia bona, quorum intuitu aliàs subjecti dicuntur. Et plurima exempla adducit Bodinus de Republica lib.1.cap.9.n.109.cum seqq.fol.170.& seq. ubi per discursum latè ostendit, quomodo olim Reges Anglorum ratione amplissimarum*

rum regni Franciæ aliquot provinciarum & feudorum aliquot fuerint vasalli ligii Francorum, & tamen Angliam & Hiberniam nihilominus summâ potestate direxerint ut Reges; Item quomodo Reges Daniæ, Holsatiæ agrum, regno finitimum, Imperii Germanici beneficio habeant, ac proinde vasalli propriè ligii sint Imp. Germanici.

VIII.

Secundò homo ligius dicitur analogicè seu respectivè, quodammodo & per posterius, qualis est is, qui à Principe aliquo inferiore regalem tamē perpetuam & in heredes transitoriam dignitatem habente, feudum habet, eiq; ejus ratione fidelitatem jurat in solidum, attamē solo superiore excepto. *a*) Adde quod ab Imperatore ipso seu summo Principe feudum ligium quoad quid concedi possit. *b*) Nec tamen hinc statuendum nihil discriminis esse inter hominem analogicè ligium & hominem non ligium. *c*) Convenienter itaq; & appositè hominis analogolicè ligii feudum Baldus vocat feudum subligium. *d*)

a) *Andr. Knich. de vestitat. paction. p. 2. c. 5. num. 129. post Bl. Consil. 291. n. 6. libr. 2. Rosenth. cap. 2. conclus. 3. num. 3. & 6. Gothofrd. Anton. disp. feudal. inf. th. 3. lit. b. vers. secundò imo ligius &c. Exemplum hominis analogicè ligii Anton. Contius in methodo de feud. rubr. De divisione feudi ponit in Duce Nivernensi, & alia exempla Principum Germaniæ memorat Bodinus d. c. 9. n. 118. fol. 185 ubi inter alia notat se meminisse quadraginta septem fœdera, quæ Reges Galliæ utpote Philippus V. Carolus V. VI. VII. & Ludovicus IX. cum Germanis Principibus coiërunt; quibus se auxilio futuros adversus omnes; excepto Imperatore ac Rege Romanorum spoponderunt; Nec dubitarunt se vasalles ligios Regis Francorum eo jurejurando constituere; eos tamen nullum à Rege Francorum prædium, sed tantum pecuniæ copias habuisse scribit & in specie unius Ducis Gveldrii jusjurandum proponit, quod sic latinè conceptum fuit: Ego devenio vasallus ligius Caroli Regis Francorum pro ratione quinquaginta millium scutorum auri, ante festum D. Rhemigii mihi solvendorum &c. anno M. CCCCI. mense Junio. Et hoc eodem sensu ligius homo accipitur in casu quem tractat*

Everbard.

Everhard. junior Consil. 41. num. 25. & 183. & seq. vol. 1. Sic etiam eo tempore quo Carolus V. Imper. sibi adjunctum habuit fratrem suum Ferdinandum Regem Romanum, utiq; omnes Imperii Romani Principes etiam Regi Romano fidem dederunt suam contra omnes, solo tamen Imperatore Carolo excepto, & sic omnes Imperii Principes fuerunt vasalli analogicè ligii Ferdinandi Regis Romani. Sic hoc tempore Elector Brandeburgicus Johannes Sigismundus Princeps laudatissimus quoad Ducatum Borussiæ est vasallus analogicè ligius Sigismundi Regis Poloniæ. b) *uti hoc experientia docet; verbi gratia: Si hodiè aliquot Principes Silesiæ ex indultu Imp. Majestatis Regi Bohemiæ vel inclytæ Domus Austriacæ fidelitatem jurant contra omnes, attamen Imper. exceptus intelligitur, vasalli analogicè ligii Regis Bohemici isti Principes sunt: Item si feudum Imperii vel Principatum aut Comitatum teneat Rex Hispaniæ ex gratia Imperatoris, utiq; Princeps, vel Comes illud feudum regale possidens jurat Regi Hispaniæ fidelitatem contra omnes, nihilominus tamē Imper. exceptus intelligitur, adeoq; iste Princeps vel Comes est vasallus analogicè ligius Regis Hispanorum. Et hoc colligere est ex iis, quæ tradit Bodinus d. c. 9. num. 111. fol. 174. & Cujac. 2. Feud. 7. Gothofr. Anton. d. th. 3. lit. b. vers. sed à summo.* c) *Primò namq; homo analogicè ligius jurat uni alicui Principi regalem dignitatem perpetuam & in heredes transitoriam habenti; At homo nec ligius jurat unicuiq; domino etiam non Principi. Deinde homo analogicè ligius jurat Domino suo* in solidum *in modum propè parem, quo Principi summo vel Imperatori juraret; relatione tamen ad Imperatorem vel Principem summum facta ut ille adhuc excipiatur, & præter hunc alius nullus; At homo nec ligius* non ita in solidum, sed simpliciter *jurat cujuslibet conditionis domino suo, & ita quidem ut superior & antiquior dominus excipiatur. Exemplum perspicuum proponit Bodinus d. libr. 1. c. 9. num. 111. de Repub. de Britanniæ Armoricæ Ducibus, videlicet Johanne I. & Petro II. qui recusarunt Francorum Regi pro Britannia Provincia fidem in solidum ut vasalli analogicè ligii dare; sed illa controversia coram Rege Carolo V. & VI. inter Franciæ & Britanniæ Cancellarios agitata est, cujus tandem hic fuit exitus, ut Johannis ac Petri jusjurandum simplex acciperetur, ne vasalli ligii Francorum esse viderentur.*

Nota

Nota igitur quia non in solidum sed simpliciter tantùm *juravunt ut alii vasalli, feudum eorum non ligium, & ipsi vasalli non ligii fuerunt.* Tertiò *ut homo absolutè ligius nequaquam potest esse homo ligius duorum vel plurium; sed præcisè unius tantùm est ut infra trademus: Ita homo analogicè ligius ratione feudi unius tantùm Principis in solidum est ligius, ut tamen supremus Dominus vel Imp. solus excipiatur, & alius nemo; Contra verò unus & idem vasallus nec ligius, potest vel plurium dominorum ratione unius feudi esse, vel diversorum Dominorum ratione feudorum diversorum, fide tamen vulgari arg. c. un. fact. fratr. fratri in feud. non nocer. t. 9 3. arg. c. un. §. satis benè. de probibit. feud. alienat. per Lothar Jacob. de Franchis in prælud. feudor. cap. 2. n. 140. Geil. de arrest. Imper. cap. 6. n. 29. Herman. Vult. libr. 1. de feud. c. 8. n. 21. Rosenth. cap. 2. concl. 4. n 3 ut infra de feudo non ligio dicetur.* d) *in c. ad audientiam X. de rescriptis & post Bl. Gothofr. Anton. d. th. 3. lit. b. vers. exemplum de duce & c.*

IX.

Hujus indaginis ductu duplicem deprehendimus errorem commissum ab Auctore disputationis primæ in Collegio feudali Gothofredi Antonii (ut tanto JCto quoad hoc quippiam tribuere nobis religio sit) Primum quidem cum tradit *a*) quòd summus Princeps feudum nòn ligium dare possit, veluti si Rex Hispaniæ feudum concedat subdito Regis Galliæ, aut Rex Galliæ subdito Imperii Romani. *b)*

a) *th. 3. lit. g.* b) *Nam non sufficit feudum subdito ejusmodi datum esse; sed etiam de fide est quæstio & de ea quidem principali. Nam si in solidum fides præstita sit, ita ut nullus anteponatur tali Regi, utiq; absolutè ligium est feudum; sin in solidum juraverit tali Regi tanquam uni, ut tamen anteponat eum cujus subditus est, & nullum alium, feudum est analogicè ligium; si verò subditus talis juraverit tali Regi simpliciter & fide vulgari, feudum est nec ligium; quæ certè ita discretè fuerant tradenda, ne inter se feudum propriè ligium, feudum analogicè ligium, & feudum nec ligium confunderentur, adeoq; contradictio contra superius posita implicaretur. Itaq; sic concludendum erat: Et summus Princeps feudum non ligium dare potest, veluti si Rex Hispaniæ feudum concedat Regis Galliæ subdito simpliciter ei juranti; aut Rex Galliæ Im-*

perii subdito, ei se fide vulgari obstringenti; si ita promiscuè, uti relatum, sit positum, ad minimum inter feudum analogicè ligium, & feudum non ligium nihil discriminis erit, adeoq; differentiæ illæ superius positæ non obtinebunt, quæ tamen ipsius traditis sub litera b. *correspondent.*

X.

Secundum cum concludit *a)*: Illud extra omnem dubitationis aleam positum esse unum eundemq; vasallum non ligium diversorum esse posse, aut uni ligiâ alteri vulgata fide devinctum. *b)*

a) *Sub eadem lit. g. in fine.* b) *Falsum hoc:* I. *quia contradictionem hoc implicat in adjecto, puta non ligium esse & tamen ligium esse seu ligia fide devinciri* II. *quia hoc ipso feudo non ligium confunditur etiam cum feudo absolutè ligio, ut nihil dicam de analogicè ligio. Nam hoc certum est, posse aliquem alicujus vasalli ligium esse, ratione feudi sui tantùm, & tamen alterius non ligium, itemq; Landsassium adeoq; in feudo non ligio hoc obtinebit; at verò monstrosum est aliquem unius ligium esse seu ligiâ fide uni devinctum esse & alteri vulgata fide teneri, & tamen hoc eodem respectu non ligium esse.* III. *Jura & Dd. quos allegat utpote arg. t. 28. libr. 2. feudor. in fin. c. un. §. satis de prohibit. feud. alienat. per Lothar. & in extraordinar. t. 93. Jacob. de Franchis in prælud. feudor. c. 2. n. 140. Geil. de Arrest. Imp. cap. 6 n. 29. Herman. Vult. libr. 1. c 8. n. 21. Rosenth. c. 2. concl. 4. n. 3. potius contrarium adstruunt; nam quod ab his distributivè & secundum quid asseritur, id captat absolutè; Ex illis enim textibus & per allegatos illos Dd. probatur discretè scilicet quomodo ratione feudi ligii sit vasallus quis ligius, quamvis etiam ratione aliorum bonorum possit alii fide vulgari esse devinctus; at verò qui vasalli sunt non ligii, nequaquam possunt ulli ligiâ fide devinciri; sed domino suo vel etiam pluribus dominis tum ratione unius tum ratione diversorum feudorum sunt simpliciter vel vulgariter tantùm jurati.*

XI.

Atque ex his modò traditis principiis certum est & indubitatum posse quem esse hominem analogicè ligium tantùm ratione feudi, adeoque vasallum analogicè ligium; sed

altioris

altioris est indaginis, annè quis possit esse homo analogicè ligius ratione bonorum allodialium tantùm, adeoque homo subjectus vel subditus analogicè ligius? Id quod etiam ducimus affirmandum? *a)*

a) *Nam hoc experientia rerum nullarum non magistra comprobat, quòd subditus Imperii Romani possit etiam bona allodialia sub jurisdictione Regis Hispaniæ, Regis Daniæ, vel aliorum habere, cui homagium ob talia bona allodialia præstat contra alium ullum, & tamen nihilominus Imp. exceptus intelligatur, uti talia exempla nobis exhibent mercatores Imperii Rom. in quo subditi sunt, qui vel inHispania vel in India, vel in districtu Venetiæ bona habent, propter quæ se fide domino ejusmodi territorii in solidum obstringunt, ut tamen Imperatorem excipiant, adeoq; potius talia sua deserant bona, quàm ut ab Imperatore deficiant, si ille cum aliquo talium Heroum in dissidia abeat. Verum quidem est, quod Bodinus ait lib. 1. de Republica cap. 9. n. 218. in fin. à subditis summam præcipuamq; fidem ac obedientiam deberi, cui præjudicium posteriore fiducia contracta creari non potest; ex quo tamen non inferendum, quòd talis analogica fides jurata vel præjudicium creet homagio quo talis subditus Imperatori obstringitur; vel ipsa sit supervacanea & dicis caussa data; Nam ita de fide contraria & adversativa, non de analogica & subordinata concluderetur.*

Et hæc de homine analogicè ligio.

XII.

Tertiò Homo ligius dicitur καταχρηστικῶς & abusivè, ex consuetudine Gallicana, etiam IS, qui quoad certos quosdam effectus cuivis Domino etiam privato, uni aut pluribus simul, aliquantò arctius quàm cœteri obligatur. *a)*

a) *Ut post Carol. Molinæ. in consuetud. Paris. t. 1. §. 1 gl. 5. n. 6. notatur in disput. 1. Collegij feudalis sub Præsidio Dn. Gothofred. Anton, instituti th. 3. lit. b. in fin.*

XIII.

Homo ligius in antiquis nonnullis investituris nostra lingua conscriptis dicitur Ledigman/ quem rectè cum Rosenthal. *a)* arbitramur ita dici à leiden. *b)* Nec probamus quod alias asseritur *c)* Ledigman in his investituris, ut ledig und frey dici,

dici, eò quòd liberum se profiteatur ab omni alio arctiori fidelitatis nexu, ita ut hunc Dominum juvare possit adversus quemcunq; *d*)

a) *cap. 2. concl. 4. n. 7.* b) *quia patitur se singulari modo Domino suo fide obstringi, uti non alii vasalli; Immò verò interdum cogitur pati ut vel ab aliis interpelletur ob servitia militaria etiam illis praestanda, adeoque tàm passibilis est, ut contra hos suam ligiam fidem cogatur probare.* c) *d. thes. 3. lit. b. in fin.* d) *Nam primò hoc implicat contradictionem in adjecto; siquidem IS, qui arctissima fide obstrictus est & haeret & propterea minimè liber est, omninò liber esse diceretur. Deinde ad quaestionem propositam minimè responderetur; quia ligius diceretur* Ledigman / *ratione alterius feudi, cujus intuitu liber esset, vel quoad alium Dominum cui minimè obligatus esset, de quo tamen quaestio nulla est, & dubio hoc caret; sed praecisè de feudo ligio & non alio est quaestio ut ita verba sint intelligenda secundum subjectam materiam; de quo ligio feudo nemo potest praedicare libertatem sine contradictione, ut quod ligius vasallus prorsus sit liber à fide & omnibus servitiis militaribus praestandis.*

XIV.

Et haec de feudo ligio, homine ligio, seu ligio vasallo erant praemittenda, ad planiorem intellectum & accuratiorem decisionem multorum, quae deinceps in hac materia occurrunt pertractanda. Sed ut nimiam copiam in primis verborum vitemus, ea quae de ligio feudo variè disputantur certis conclusionibus suis rationibus corroboratis evolvemus.

XV.

I. Conclusio: Feudum propriè & absolutè ligium solus ille dat, qui superiorem non recognoscit, ut Imperator Romanus, Rex Hispaniae, Galliae, Angliae, Poloniae, Dux Venetorum & similes. *a*)

a) *Bl. in praelud. feudor. n. 52. Alvarott. in praelud. feudor. divis. 13. Jason. in praelud. feudor. n. 106. Schrad. p. 2. c. 4. n. 1. Guerrin. Piso Soac. in praelud. feudor. cap. 43. n. 5. Gars. in tr. de expens. cap. 12. n. 34. Molina. in consuetudin. Paris. t. 1. §. 1. gl. 5. n. 11. Bocer.*

tr. de

tr. de different. & qualitat. feudor. cap. 5. n. 72. & class. 3. disputat. 13. de division. feudor. thes. 35. Schoner. disputat. 1. feudor. thes. 52. Obrecht. disputat. feudal. cap. 5. n. 145. cum seqq. Gœdd disputat. feudal. 2. thes. 7. lit. l. Gothofred. Anton. disputat. feud. 1. thes. 3. lit. c. Ratio est; quia hoc feudum datur juranti contra omnem, nullo antepostito vel excepto, vel nulli alii fidelitate reservata Jason in prælud. feudor. n. 106. Mozz. de division. feud. n. 68. Atqui Imp est IS, cui nullus anteponi potest, supra quem nemo excipi potest, & ante quem vel præ quo nulli fides reservari E. Soli Imperatori fides ligia juratur, & à solo Imperatore feudum ligium datur; Et per consequens feudum ligium prorsus à nullo datur, nisi ab eo, qui æquè ut Imp. superiorem non agnoscit.

XVI.

II. Ergo exinde ipsa explorata veritas proloquitur Principem quemcunque Imperatore inferiorem feudum absolutè ligium dare non posse. *a*)

a) *Etenim ille ut sibi fidem à suo vasallo exigere contra omnem non potest, adeoq; non contra quemcunq; superiorem, ita neq; contra suum Imperatorem. c. un. ibi. excepto Imperatore vel Rege. de nov. form. fidelit. & c. un in fin. de probibit. feud. alienat. per Frideric.*

XVII.

III. Ex his liquidò constat, quòd contradictionem implicent Dd. qui statuunt feudum ligium esse, pro quo vasallus fidelitatem domino feudi debet contra omnes, Deo & Imperatore exceptis. *a*)

a) *Ut facit Johan. Niell. disputat. feudal. 1. th. 9 lit. b. & Dn. Johan. Schneidew. in prælud. feudor. n. 42. & 43. sibi apertè contradicit, dicens:* tale feudum *scil. ligium* propriè non conceditur nec recipitur, nisi ab eo, qui superiorem non recognoscit &c. *Et paulò post*: Unde licet vasallus domino recognoscenti superiorem juret fidelitatem contra omnem hominem: & expresse ac nominatim nullus excipiatur; tacitè tamen per legem intelligitur excepta persona Imperatoris *c. Imperialem. §. fin. & ibi Dd. de probibit. feud. alienat. per Frideric.* Etenim

quod à Niello de Deo affertur *ex cap. 4. Actor. verſ. 19. ubi dicitur, Deo potius eſt obediendum quàm hominibus, quibus ſumus ſubjecti, illud prorſus eſt à quæſtione noſtra alienum; tum quia hic verſamur in cauſis & negotiis humanis civilibus & forenſibus; De Deo & divinis quæſtio eſt nulla. Cùm itaque hic nulla ſit diſpenſatio myſteriorum Dei, fruſtra quæritur, an etiam Deo in tali feudo ligio juretur; tùm quia nemo tàm veſanus eſt vel Dominus feudi ligii vel vaſallus ligius, qui tale feudum vel det vel recipiat contra Deum, ſi ſecus, forſitan gigantum more cum Diis pugnaret & Deum de excelſo Majeſtatis ſuæ throno dejiceret; tum denique eo ipſo dum Domino ſuo vaſallus jurat contra omnem, Deum vocat in teſtimonium fidei ſuæ, ut in vero ſemper ſit juramento, & ſic ad Deum cor ſuum elevat, ei ſe ſubmittens actu ipſo obedit, minimè contra Deum contrahit vel agit.*

Porro, quid magis eſt contradictorium, *quàm jurare, ſuperiorem non recognoſcenti & tamen Imperatorem excipere? tum quia dum juro ſuperiorem non recognoſcenti ipſi juro Imperatori, quomodo ergo excipiam eum, cui ſoli juro? tum quia ſi juro ſuperiorem non recognoſcenti & excipiam Imperatorem, tunc illum qui ſuperiorem non recognoſcit, facio ſuperiorem recognoſcentem videlicet ipſum Imperatorem, & ſic ex feudo ligio, facio feudum non ligium; aut Imperatorem facio non Imperatorem & à ſe diſtantem, quia juro Imperatori ut ſuperiorem non recognoſcenti, & tamen ipſum excipio Imperatorem, quæ omnia ut ad utramq; contradictionis partem inclinant, ita ſunt abſurdiſſima. Itaq; conſtat hinc ſupra primæ concluſionis veritas, illum qui dat feudum abſolutè ligium eſſe ſupremum, & ſuperiorem ſe recognoſcere nullũ; aut ſi datur ab eo, qui ſuperiorem recognoſcit, non juratur ei contra omnem, adeoq; feudum eſt nec ligium.*

XVIII.

IV. Ut Imperator & alius qui ſuperiorem non recognoſcit, feudum abſolutè ligium dare poteſt, ita non continuò Papa Romanus feudum verè ligium dare poteſt. *a)*

a) *Vultejus libr. 1. de feud. c. 8. n. 22* Niell. *diſputat. feudal. 1. theſ. 3. lit. c. Hujus ratio* I. *ex ſacris literis adſtruitur ad Roman. 13. verſ. 1.*

Verſ. 1. Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubjecta eſto, non enim eſt poteſtas niſi à DEO: & quæ ſunt poteſtates, ſunt à DEO ordinatæ. Itemq; verſ 2. Itaq; quisquis ſe opponit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi condemnationem auferent. Item v. 7. Reddite igitur omnibus q; debitis: cui tributum debetis, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Atqui Papa Romanus ſi feuda vult dare verè ligia, erit ſupra Imperatorem vel minimum Imperatori & ordinationi divinæ reſiſtit; quæ Imperatori & Imperio debentur, hoſtili truculentia ad ſe rapit. E. Papa ut ſit ſanctus Dei vicarius, & ne videatur eſſe ſervus ſervorum Dei monſtroſus ab altera parte vanus & futilis paphnutius ab altera verò gaſkatus Stratiota feuda ligia dare non præſumat. II. *Ipſum Os veritatis Chriſtus præcipit Matth. 20. Marc. 10. Luc. 22. Reges gentium dominantur (ad quem regium dominatum utiq; pertinet feuda verè ligia dare) vos autem non ſic. Ergo Papa Romanus ſi eſt ut eſſe vult Primarius Chriſti diſcipulus ejusq; in his terris fidelis vicarius, Domini ſui obtemperet præcepto; nec in dandis feudis verè ligiis regium ſibi arroget dominatum, contra Domini ſui mandatum; immò verò ſi velit Domini ſui mandato morem gerere, ne quidem feudum nec ligium ullum unquam dare præſumet.* III. *In Imperio Romano inde ab antiquiſſimis temporibus ita jus obtinuit, ut Eccleſia & Eccleſiarum miniſtri quicunq; Imperatori ſubeſſent, & ipſe Pontificem Romanum eligeret, & Epiſcopos inveſtiret c. Hadrianus. & c. in Synodo. diſt. 63. & ſcribit Ferdinandus Vaſquius libr. 1. Illuſtr. controv. cap. 22. n. 7. Schleidanus libr. 1. hiſtor. pag. 33. fac. 2. verſ. nam olim Epiſcopi. Dare autem feuda abſolutè ligia eſt proprium quoddam Imperatoriæ Majeſtatis. E. eorum conceſſionem ſoli Imperatori Papa omni jure committat & attribuat.* IV. *Ex hiſtoriis hoc eſt indubitatum quòd Maximilianus II. Roman. Imp. non injuria ſe oppoſuit Pontifici Pio V. cum Coſmum Ducem Florentiæ coronâ & magni Ducis Hetruriæ titulo donaſſet, eò quòd ita falcem ſuam in alienam meſſem mitteret, Pacian. de probationibus libr. 2. cap. 35. num. 67. & 69. Bocer. de Regal. cap. 1. num. 9. Hoc autem fecit Imperator ex cauſſa regalium majorum concedendorum, quod tale jus regium & Majeſtaticum Pontifici nequaquam competat. Ergo ſi Pontifex non habet poteſtatem dandi regalia, neq; poteſtatem habebit*

feuda

feudis ligia alicui conferendi; Siquidem regalia Imperii feuda etiam sub feudis absolutè ligiis determinantur, ut ex superius traditis certi juris est. V. *Si Pontifex Romanus etiam feuda verè ligia dare potest, & ob id Imperatori etiam incumbit Pontifici ligiam jurare fidelitatem, ut contrariæ opinionis volunt assertores; sequeretur hoc absurdum, si Imperatori tanquam superiorem non recognoscenti pro feudo ligio præstetur fidelitas, quòd unà Pontifex etiam eodem juramento excipiatur; putidum hoc absurdum: Sic namque Imperator non Imperator erit, superiorem non recognoscere, & tamen recognoscere dicetur; & feudum quod non ligium esse præsupponebatur, revera ligium non erit; quippe quòd concedatur Romano Pontifice antepositio; Itemque sic unus potest duorum Dominorum ligius vasallus esse, quòd quàm falsum sit in sequentibus evincetur.* VI. *Tandem & hoc sequeretur absurdum, quòd si Imperator sit ligius vasallus Pontificis, utpote cui fidelitatem ipse juret contra omnem; vel quia in alterius juramento Imperatoris præstito excipiatur etiam unà Pontifex Romanus. fiet tandem ut in effectu revera à nullo nisi à Pontifice feudum absolutè ligium possit dari; Siquidem Imperator & omnes superiorem non recognoscentes nihilominus omnium supremum agnoscerent Papam, ab eoque feuda plenè & absolutè ligia venirent, quòd certè in omnia & politica & juris feudarii impingit principia antea suppeditata.* VII. *Denique addimus & hoc, quòd contra pietatem immò impossibile sit ut Pontifici summo quis juret ligiam fidelitatem ab eoque ligium acceptet feudum. Nam uti coram Christo, ita etiam coram Christi locum tenente vel ejus vicario nos invicem affluentissima charitate diligamus, alter alterum sicut seipsum, unum simus nihil contra alterum cogitantes, ut rectè oremus: Remitte nobis peccata nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. At verò ligium acceptans feudum soli Domino jurat fidelitatem contra omnem, adeoque contra quemlibet proximum suum bellicoso insidioso & hostili quodam affectu, eumque non diligit, sed negligit, Domino tantùm antepositio. Ergo. Coram facie & CHRISTI & ejus vicarii consistere ab eoque feudum ligium accipere non potest.*

Inficias quidem ire non possumus jure Canonico Pontifici Romano *hanc potestatem dandi feuda ligia tribui per textum in*

clementina pastoralis §. rursus de sent. & re judicat. ubi Clemens Pontifex allegat Regem Siciliæ suum ligium vasallum. Et alia eodem jure elogia Pontifici tribuuntur, quibus assertis, et hoc jus & hanc potestatem nemo auferet. Sic Pontifex Romanus præfertur omnibus Regibus & Principibus: Subjicitur ei gladius & potestas ipsius Imperatoris. à nemine debet judicari vel gubernari: ei ab omnibus debetur obedientia de necessitate salutis c. unam sanctam, extr. vag. commun. de majoritat & obedient. cunctos ipse judicaturus à nemine judicandus c si Papa. 6. dist. 40. Neq; ab Augusto neque ab omni clero, neque à Regibus neque à populo judex judicabitur c. nemo judicabit. c. 9. q 3. Sedis Apostolicæ (cujus auctoritate major non est) judicium à nemine retractandum: neq; cuiquam licet de ejus judicio judicare c. patet. 10. c. 9. q. 3. Secundum plenitudinem potestatis de jure potest supra jus dispensare c. proposuit. 4. de concess. præbend. Tantum abest, ut Imperium præsit Sacerdotio, Imperator Pontifici, ut hic tantò sit præstantior & superior Imperatore, quantò luna luminari noctis excellentius est Solis clarissimum lumen c. solitæ 6 in pr. §. præterea nosse de majorit. & obed. Papa Deus est atq; ideo ab hominibus judicari non debet c. satis evidenter. 7. dist. 96. c. quanto. 3. de translat. Episcop. ibi: Non enim homo sed Deus separat, quos Romanus Pontifex, qui veri Dei vicem gerit in terris &c. Quid? quòd Pontifici & ipsi Imperatores debeant & jurent fidelitatem, atque ita pro vasallis ab eo habeantur c. un. Imp. feud. non amitter. extr. 100. c. tibi Domino 33. dist. 63. Immo & pro subditis. Clementin. 1. in pr. verb. Romano Pontifici submittere capita de jure jur. Verùm hæc facti sunt, cùm Pontifices talem potestatem sibi facto pessimo sumserint, & tale satanicum jus ipsi sibi in propria caussa dixerint. Hoc itaq; facto crudeli Pontifices consummatunt vaticinium Apostoli in 2. Thessalon. 2. vers. 3. 4. & ad Timoth 4 v. 2. & 3. In hoc namq; habitu Pontificis Romani detectus est homo ille peccati, revelatus est Antichristus, filius ille perditionis, sese opponens ille & efferens adversus quicquid dicitur Deus aut numen, adeo ut in templo Dei tanquam Deus sedeat præ se ferens se esse Deum; Ipsissimum hoc quod dicit Apostolus de Antichristo Papa Romanus de se jactitat in c. 1. cum aliquot seqq. dist 29. Quicquid in Ecclesia Papa statuit, etiamsi vix ferendum, tamen pro devotione tolerandum, non secus ac si ab ipso Christo statutum foret. Item in antea etiam allegato c. si Papa dist. 40 & c. nemini. 17. q. 4. Papam, vociferatur, à nemine reprehendi aut judicari posse,

etiamsi innumerabiles populos catervatim secum ducat in Gehennam. Hæc profecto nō sunt statuta Episcopi Ecclesiæ *m. hominum ordinationes vicarij Christi immo nimis debilis est Satanas in Angelum lucis transformatus, ut ei talia tribuantur*; Sed ipsius sunt Luciferi, talem qualis verè est, hoc est, mendaciorum mille artificem, mundi seductorem, tenebrarum Principem &c. se omni fuco & simulatione deposita prodentis. *Johan. Niell. disp. feud. 2. th. 3. in fin.*

XIX.

5. Nemo potest duorum vel plurium Dominorum vasallus absolutè ligius esse. *a*)

a) *Gl. in Clementin. pastoral. §. rursus. in verbo. homo ligius: extr. de sententia & re judicat. Bl. in c. cæterùm num. 7. extr. de judic. Laudens. in c. un. n. 49. de his qui feud. possunt. Alvarott. in c. un. §. fin. hic fin. lex. Isern. in c. un. de nov. form. fidelitat. Jason in prælud. feudor. n. 108. Afflict. decision. Neapolitan. 307. n. 3. Guido Pap. decision. Gratianop. 310. Menoch. Consil. 32. n. 7. & seq. vol. 1. Jul. Clar. in § feudum q. 11. n. 2. Jacob. de S. Georg. in verb. in feudum n. 19. Speculat. t. de feud. §. 1. q. 10. Saison ad consuetud. Turonens. t. 12. art. 1. c. 8. Gærs. in tr. de expens. cap. 12. n. 33. Hanneton. libr. 1. de feud. cap. 9. Duaren. c. 4. n. 4. Cujac. 2. feudor. 7. Fulv. Pacian. libr. 2. de probat. c. 37. n. 39. Surdus Consil. 449. n. 50. libr. 3. Geil. de Arrest. Imper. c. 6. n. 30. Vult. libr. 1. de feud. c. 8. n. 21. Gœdd. disputat. 2. th. 7. lit. e Rosenth. cap. 2. concl. 9. Bocer. in tr. de investit. feud. cap. 5. n. 70. in fin. & class. 5. disp. 13. th. 37. Rudinger. libr. 2. controvers. feudal. cap. 10. Gothofred. Anton. disputat. feudal. 1. th. 3. lit. c. vers. ex præcedentibus. Bodin. de Republ. libr. 1. cap. 9. Ratio hujus est: I. quia impossibile & contra naturam est duos in solidum esse dominos l. si ut certo 5. § fin. ff. commodat. Atqui vasallus ligius uni Domino suo in solidum jurat fidelitatem contra omnes de mundo nemine excepto, ut constat ex definitione feudi ligij supra tradita. E. impossibile est vasallum ligium esse duorum dominorum. II. probatur per tex. c. un. si quis investitus. in extraord. t. 99. ibi: cùm placeat quem ligium hominem duorum esse non posse. III. per c. un. §. satis bene: ibi: quia nullum alium dominum habere videbatur &c. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. IV. quia si ligius vasallus esset duorum dominorum, fieret inde perjurus, dum priori juratam fidelitatem iterum abjuraret. Etenim fides omnigena uni eidemq; sine exceptione debita alij deberi nequit,*

nequit, Bl. in l. 2. n. 6. C de oper. libertor. V. *quia impossibile est qualitates diversas in unum idemq; subjectum secundum idem & eodem tempore concurrere.* VI *quia diversæ & contrariæ caussæ diversos operantur effectus. Contraria autē sunt & pugnantia aliquem esse ligium duorum; cùm ligius Domino suo neminem anteponat ut Duaren. d. c. 4. n. 4. concludit.*

XX.

6. Contra multos Dd. concludimus, ne quidem consuetudine recipi posse, ut unus & idem eodem tempore vasallus sit ligius duorum vel plurium Dominorum. a)

a) *Cum Obrecht disputat. feudal. 2. th. 151. & seq. Vult. libr. 1. de feud. c. 8. n. 21. Bocer. de differ. feudor. cap. 5. n. 71. in fin. Nam eo ipso quo quis duorum ligius existit, vel alterutri juratam fidelitatem iterum abjurat; vel ligius ulterius non est, alterutro nimirum non anteposito vel excepto, cùm substantialis proprietas sit vasalli ligium habentis feudum ut dominum suum unicum omnibus omnino anteponat in solidum ei fidelitatem præstando; Consuetudo autem est facti; sed facta quæ lædunt pietatem, verecundiam existimationem, & ut generaliter dixerim, quæ fiunt contra bonos mores nec facere nos posse credendum est JCtus in l. filius. 15. ff. de condition. Institut. Hoc autem in proposito faceret consuetudo, ut quæ occasionem præberet pejerandi. E. pro nulla est reputanda, quid? quòd in omnia bene receptæ consuetudinis requisita impingat.*

XXI.

De feudo tamen analogicè ligio hæ duæ puta quinta & sexta conclusiones non obtinebunt. Nam per prædicta principia de feudo analogicè ligio, dubium non est, vasallum analogicè ligium posse eodem tempore esse diversorum dominorum. Nam homo analogicè ligius suo domino immediato & proximo jurat tanquam uni in solidum; & tamen summus dominus videlicet Imperator vel superiorem non recognoscens exceptus honoratur; de feudo verò absolutè ligio & vasallo absolutè ligio hoc implicat contradictionem.

XXII.

7. Contra multos Dd. concludimus, ne quidem ex postfacto evenire posse, ut unus absolutè ligius sit duorum dominorum, veluti si quis feudum absolutè ligium habeat, & dein-

ceps alii succedat vasallo æquè feudum absolutè ligium habenti, ille propter istam successionem non continuò fit etiam alterius domini absolutè ligius vasallus a).

a) *Nam* I. *ut ex definitione feudi ut & vasalli absolutè ligij constat, omnis absolutè ligius vasallus domino jurat fidelitatem & operam contra omnes nullo excepto aut antepofito: Ergo etiam domino priori juravit contra posteriorem, cujus modò per successionem vasallus factus est.* II. *quia si lis oriretur inter Dominum priorem cujus est verè ligius vasallus & alterum dominum successionis, tunc si vere ligia fide posteriori etiam esset obstrictus, posterior ille dominus anteponeretur priori; eo quod posteriori quamvis per substitutum serviret contra priorem. Contradictorium autem & absurdum consequens. E. & antecedens. Etenim antiquior Dominus etiam in feudis ligiis præfertur c. un. §. fin. hic fin. lex. Immò vero & prior dominus verè ligius potius posset velle eadem verè ligiæ fidei juratæ ratione præferri; cùm tamen contraria simul stare nequeant per naturam.* III. *quia si in proposito casu dominus vasallo succedenti gratiam faceret, ut servire posset per substitutum domino acceptabilem ut volunt Dd tunc aut prius feudum ratione cujus priori domino esset unicè obligatius degeneraret in feudum non ligium; siquidem hac fides aliquo modo labefactaretur per parem in altero feudo, vel distraheretur ad utrumq; feudum, adeoque utrobique fides partialis esset, non ligia vulgaris; aut posterius feudum nihil fidei ligiæ haberet; Nam eo ipso quo Dominus gratiam facit ut per substitutum quis serviat, fides ligia deficit vel remittitur, cùm aliàs vasallus ligius ipse in persona serviat; Immo certissimum est principium in jure feudi, quoties dominus gratiam facere dicitur vasallo, aliquid de perfectitudine juris feudi decedit, & fides existit à prima promissione alia & mutilata. Hæc autem omnia sunt absurda; Nam quoquò te vertas, in proposito videbis non ligium feudum esse utrinque. E. absurdum est per successionem in aliud feudum ligium, vasallum posse verè ligium esse duorum dominorum.*

Verius itaque concludemus, *unum aliquem posse duorum dominorum esse ligium vasallum; sed analogicè ligium quoad propositum casum. Etenim si is, qui uni domino ligia fide est obstrictus, alij vasallo in feudum ligium succedit, fit etiam alteri domino vasallus, non tamen nisi analogicè ligius; quia huic quidem in solidum fidelitatem jurat; sed tamen ut prior exceptus maneat & semper anteponatur, adeoque possit domino*

mino suo posteriori præter priorem servire contra omnem nullo alio præterea antepposito, quæ propria forma & natura est feudi analogicè ligij, ut ex superioribus patet, decisionem hujus suppeditat c. un de feud. lig in extraord. t. 99. ex quo hæc facti species constat. Si Titius solus habuerit feudum ligium per Majores antiquum, Lucius verò ejus frater aliud feudum ligium per investituram idemque novum; & mortuo Titio ejus feudum ligium antiquum & paternum ad Lucium etiam devolvatur, tunc tantum valet natura & originalis qualitas feudi paterni jam mortuo Titio successione ad Lucium devoluti, ut hujus feudi ligij antiqui dominum Lucius teneatur suum in persona recognoscere antiquiorem, suum verò per investituram feudi novi dominum ei postponere. Ecce hîc alterum Lucij feudum novum aliquid de intensione vis fidei ligiæ remittit, ut illud jam non per omnia & exactè, sed modo quodam & proportionaliter adeoque analogicè feudum ligium maneat. Et de hoc analogicè ligio vasallo potest procedere, quòd Dn. Vulteius dicit post alios Dd. ab eodem libr. 1. Feudor. cap. 8. numer. 21. allegatos, puta quòd succedenti tali vasallo hæc fiat gratia, ut servire possit per substitutum domino acceptabilem. Item eodem sensu transeant & illa, quæ Dn Geil in libr. de arrest. Imper. c. 6. n. 30. tradit, quòd ex proposito casu confiatiatur hoc: quòd qualitates diversæ in unum idemq; subjectum eodem tempore concurrere possint; tu intellige in gradibus remissis; id quod aliàs esset contra contrariorum naturam.

XXII.

8. Homo absolutè ligius ratione subjectionis & feudi simul neque subjectionis neque vasallitica fidelitate ulli alii æquè addictus esse potest. *a)*

a) Petrus Gregorius Tholosan. libr. 6 syntagmat. c. 2. n. 28 Bodinus de Republica libr. 1. c 9. n. 109. fol 171. Vultei libr. 1. de feud c. 8. n 21. Gothofred. Anton. disput. 1. Feudor. th 3. lit. e vers vasallus enim. Nam talis homo ligius utramq; indissolubili nexu præstitit domino suo fidelitatem contra omnem nullo anteposito, ut ex definitione hominis absolutè ligij tum subjectionis tum feudi intuitu patet. E hoc est, quod Dn. Vulteius d. loco asserit: quòd talis homo ligius utramque fidelitatem æquè debeat, & fidelitas quā vasallus debet, vix sit alia à fidelitate quam præstat subditus; quid? quòd fidelitas à vasallo ligio præstanda ne quidem sit anteponenda fidelitati à subdito præstandæ. Et hoc ipsum omnes ulterius

 evin-

Digitized by Google

evincent illæ rationes, quas supra pro quinta conclusione adstruximus, quibus probatur neminem duorum diversorum dominorum posse vasallum ligium absolutè esse.

XXIII.

9. Qui vasallus est absolutè ligius Imperatoris, vel alterius superiorem non recognoscentis, & ita homo absolutè ligius est ratione feudi tantùm, ille nihilominus alterius Principis etiam in Imperio constituti quoad certa bona Landsassius esse potest. a)

a) *Geil. de arrest Imper. cap. 6. n. 10. & seqq. Adrian Gilman. rerum in Camer. Imp. judicat. libr. 1. decis. 46. n. 39. Knich de vestitur paction. p. 2. c. 5. n. 135. cum seqq. Frider. Mindan. de processib. in Camer. extrah. libr. 1. cap. 38. n. 5. Gothofred. Anton. disput. 3. feudor. th. 3. lit. e. Ratio I. quia contractus ex conventione legem accipiunt l. contractus ff. de R. J. l. 1. §. si convenit. 4. ff. deposit. E. Si quis vel jure contractus vel successionis universalis aut particularis sub alio statu Imperij dominia, castra, oppida, villas cum subditis possidet, vel si ex generali provinciæ statu talia habet (ut puta si initiò bona ea lege emta sint, ut possessor illorum sit subditus domini territorij,* ein Unterthan unnd Landsaß / *eique homagium sive juramentum subjectionis præstare cogatur) ille certè ex conventione bona possidet, non jure proprio & Imperij sed prnicipaliter jure municipali tanquam subditus ejus loci, ubi bona sita sunt. Nam tali casu conventio est ut bona sint subditi, & non feudalia vasalli ligij. II. quia quælibet res transit cum sua caussa & onere ad heredem vel singularem successorem l. cum mater. C. de R. V. l. veteris. C. de contrab. & committ. stipulation. l. 1. §. si heres ff. ad SC. Trebellian. E. quamvis sit aliquis vasallus absolutè ligius ratione sui feudi ligij tantùm, si tamen certa bona aliundè ut allodialia habet sive ex successione ab intestato sive ex testamento utique illa bona ad eum cum sua caussa transeunt, & adhuc allodialia manent, ut ea non ut vasallus, sed ut Landsassius sibi habeat. III. quia nemo potest sibi caussam possessionis mutare; sed quisque auctoris sui personam repræsentat l. 3. §. illud quoque. l. Pomponius. §. cum quis. ff. l. cum nemo. C. de acquir. possession. Ergo qui bona habet allodialia separatim ut subditus & Landsassius, eadem eodem jure retinet, utcunque ratione feudi tantùm sit alicujus absolutè ligius vasallus. IV. Vulgata est reg. quòd separatorum separata*

separata

paratæ sit ratio; ideoque potest aliquis respectu unius esse in libertate, respectu alterius in servitute l. duorum libertus. ff. de oper. libert. Sic etiam absurdum non est aliquem esse alterius ligium vasallum, alterius verò Land assium & subditum. V. *quia secundum Bl. in l. sed si hac lege. §. si liberto n. 1 ff. de in jus vocand respectu diversorum feudorum potest aliquis esse vasallus vasalli mei. Atque hinc Zas. de feud. p. 7. n. 19. tradit quòd diversis respectibus aliquid possit esse minus vel majus, veluti si superior ab inferiore feuda accipiat, sicut in Imperio frequentissimum est, quod Principes ab Abbatibus & aliis inferioribus statibus feuda accipiant, quo casu inferior erit major superiore.* VI. *quia quando in unam personam duæ qualitates concurrunt, quarum una ab altera separari possit, tunc de ea persona judicandum sicut de duabus Roman. Consil. 422. n. 1. per text. in c. postulastis. ibi: nisi fortè. de concess. præbend. & in c. à collatione. de appellation. in 6. & per alios tex. à Geil. d. c. 6. n. 13. adductos. Et Panormitanus in c. per venerabilem. n. 13. extr. qui filij sunt legitimi dicit: quòd in eodem homine diversæ qualitates concurrere possint, quarum effectus sit, ut talis persona loco plurium habeatur. Hinc est quod ob matrimonij diversitatem quis duplex homo esse censeatur, unus in loco domicilij, & alius in loco possessionis bonorum. Ac proinde si utrobique diversæ sint testandi consuetudines, accidere potest, ut quis partim testatus partim intestatus decedat, l. jus nostrum. ff. de R. J. Br. in l. 1. n. 26. C. de Sacrosanct. Eccles. Bl. ibidem n. 16. Et alia adducit exempla Geil d. c. 6. n. 19. Ergo pari modo potest unus idemq; homo pro diversis qualitatibus & respectibus duplicem repræsentare personam & duplici jure censeri, modò ut persona imperialis, modò ut municipalis & provincialis; modò ut vasallus ligius si feudum ligium habet, modò ut subditus & Landsassius si præter ligium feudum alia certa allodialia bona habet. Atq; hinc concludit Knichen p. 2. c. 5. n. 137. non inconveniens potuisse Comiti Ortenburgico videri, licet Comitatum Ortenburgicum recognosceret forsan ab Imperatore & Imperio ut ligium feudum, quòd nihilo secius Ducis Bojariæ se jurisjurandi religione deberet subditum profiteri, eo quòd in Bojaria majorem partem bonorum possideret domiciliumque foveret; Siquidem duplicem quem posse personam sustinere & imperialem & provincialem tralaticium esse ait post Geil. d. c. 6. numer. 14.* VII. *Eadem hæc assertio est in publica Imperij lege decisa in Comitiis Augustanis anno 1548. §.* Wiewol auch

Digitized by Google

auch in Ringerungshaldelung/ *& in* § Aber der Graffen/ *& apertè in specie de Comitibus à* Tübingen *ibidem videre est Geil. d. c. 6. num. 16.*

VIII. *Denique plura illustria exempla & testimonia affert Geil. eod. n. 16. quibus comprobatur unum aliquem duas personas alteramimperialē alteram provincialem & municipalem posse sustinere, ex quibus illud ad propositum nostrum maximè est accommodatū: cùm refert, quòd hinc inde in Germania ut in primis in Austria, Bavaria, Saxonia, Marchia, Hassia & in aliis Provinciis reperiantur Comites & Barones & quidem tam ecclesiasticorum quàm secularium statuum personæ, qui respectu feudorum suorum dignitatem inter status & ordines Imperij referuntur; sed quia in aliorum Principum provinciis dominia & domicilia sua habent, eorum respectu pro subditis illorum Principum indubitatè habentur, & proinde ad onera & munera talium provinciarum æquè atque alij provinciales tenentur. Et notorium est exemplum de nobilibus quibusdam ditissimis Argentorati larem foventibus, qui in Alsatia ab Imperatore feuda ligia habent; sed ratione domicilij sui & residentiæ Senatus Argentoratensis subditi sunt, imò vel ipsi membra ordinis Senatorij, ut sunt qui vocantur* die Stádmeistere.

XXIV.

10. Vasallus verè & propriè ligius feudum suum ligium invito etiam Domino refutare vel renunciare potest, æquè ut aliud quodlibet feudum domino à vasallo potest refutari. *a)*

a) *Præposit. in c. un. § fin. de Capitan. qui cur. vendidit. Guerrin. Piso Soac. in prælud. feudor. c. 14. n. 24. & cap. 43. n. 15. Schrad. de feud. p. 8. cap. 1. n. 63. in fin. Gœdd. disput. feudal. 2. th. 7. lit. g. Niell. disput. 1. th. 9. lit. b. Bocer. tr. de different. feudor. c. 5. num. 73. Gothofred. Anton. disput. 1. feudor. th. 3. lit. f. in tertij requisiti refutatione, & faciunt allegata à Bodino libr. 1. de Republ. c. 9. num. 109. pag. 171. Nam I. pro hoc facit tex. in c. un. de vasall. qui contr. Constitut. Lothar. Reg. benefic. alien. ubi dicitur: Vasallus etiam sine domini voluntate rectè feudum refutare potest: post refutationem tamen ad serviendum non tenetur; sed eum quidem tunc offendere non debet. Hic textus utique est indistinctè conceptus, ab ejusque definitione feudum ligium nunquam excipitur, ubi ergo textus non distinguit, ibi nec nos distinguere debemus l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem action. l. 1. §. 1. ff de*

legat.

legat. præstand. II. *quia nec ratio hujus juris inductiva feudum ligium excipi patitur. Illa autem est, ne imposterum Domino vasallus servire cogatur; Nam qui ad præstanda servitia & operas perpetuò cogitur, diminutionem libertatis pati videtur l* 2. *de homin. liber. exhibend. talis autem obligatio ipso jure est nulla l.* 6. *l* 24. C. *de liberal. caus. Stchard. ad rubr.* C. *eod. n.* 6. & 9. *Atqui vasallus ligius arctissimè ad servitia militaria obligatur; quæ obligatio si fuerit perpetua, contra naturam est, ac proinde est ipso jure nulla; & quò arctius talis vasallus prælio domino suo obstrictus est, eò magis præ alio ei liberum sit feudum domino suo refutare ex caussa libertatis suæ antea recuperandæ.* III. *quia tralatitium est in jure feudali: quoties feudum in uno alteratur, naturam suam propriam in cæteris omnibus retinet c. un.* § *sed qualitercunque. ubi* FF. *de feudo non hab. propr. feud. natur. Atqui feudum ligium utcunque in aliis quibusdam feudi requisitis alteratur, ut ex præcedentibus liquet, in hoc tamen cum reliquis feudis convenit, quòd invito domino possit refutari; respectu cujus nulla de eo exceptio est expressa* IV. *quia quando inter duo concludens diversitatis ratio assignari non potest, in utroque idem jus servandum, l. illud.* 32. *in pr. ff. de V. O.* V. *quia qualitas, quæ non habetur in præcedentibus, non potest dici repetenda in sequentibus; cùm non Entis nullæ sint qualitates l. ejus qui in provincia. ff. si cert. petat. Coler. ad c.* 1. *num.* 46. X. *de judic. Quòd autem feudum ligium non debeat refutari, à Feudistis nusquam ab initio in ipsa feudi ligii definitione requisitum est. E. nec tandem hoc in consequentiam in investitura adstruatur, nulla in primis ratione idem suadente.*

XXV.

11. Non necesse est in investitura feudi ligii nominatim exprimi illud feudum ligium esse. *a)*

a) *Schrad. p.* 2. *de feud. c.* 4. *n.* 2. & *seqq. vers. sed multò arctius Bocer. de different. feudor. c.* 5. *n.* 72. *Nell. disputat.* 1. *thes.* 9. *lit. b* Nam I. *ex abundanti quæ adjiciuntur, de necessitate non sunt. Hic autem superfluum foret adjicere hoc feudum ligium esse, cùm hoc ad oculum ex ipso tenore investituræ pateat, eò quòd vasallus juret fidelitatem domino contra omnes homines nullo antepostito. E. id adjici nulla necessitas efflagitat.* II. *quia in omnibus dispositionibus potius mens &*

 sententia

Digitized by Google

sententia quàm verba inspiciuntur l. 3. C. de liber. præterit. III. *quia prior & potior est mens ac voluntas quàm vox dicentis l. Labeo. 7. § 3. ff. de suppellect. legat.* IV. *quia taciti atq; expressi eadem est virtus l. cum quid 3. ff. si cert. petat.* V. *quia illud certum immò etiam expressum sive nominatum dicatur, quod ex certis judiciis, sive conjecturis colligitur l. 2. & ibi Jason. ff. de liber. & posthumis l. certum. 6. ff. si cert. petat. l. nominatim. 34. ff. de condition. & demonstrat. E. necessariam non est in tenore investituræ adjici feudum ligium esse; sed perinde est sive hoc expressè, sive tacitè inter contrahentes actum fuerit.*

XXVI.

12. Jus cognoscendi de controversia feudi ligii, etiam inter dominum & vasallum mota, spectat ad Parium Curiæ, ut judicium, cognitionem. a)

a) *Schrad. p. 10. sect. 5. n. 50. cum multis seqq. Rosenth. c. 12. concl. 3. n 4. Gothofred. Anton. disputat. feudal 1. th. 3. lit. f. Nam I. regula est in jure feudario generalis, quod in causis vertentibus inter dominum feudi & vasallum Pares Curiæ judices sint; quòdq; lis sive controversia ratione feudi inter dominum & vasallum mota ad cognitionẽ Parium Curiæ pertineat c. un. §. præterea. & ibi FF. de probibit. feud. alienat. per Frideric. c. un. de contr. apud Par. Cur. termin. c. un. de controv. inter vasallum & Episcop. c. un. in pr. de feud. sin. culp. non amitt. c un. §. sanximus. quo temp. mil. investit. peter. deb. c un. §. si inter. de alienat. feud. paterni. c. un §. si verò vasallus. de milit vasal. qui contumax est c. cæterum & ibi Ce. X. de judic. eamq; Dd. & Ce. adstruunt quàm plurimi, quos copiosè allegat Schrader. p. 10. sect 5. n. 1. Atqui regula confirmatur in casibus non exceptis l. nam quod liquidæ. 5. § fin ff. de pœn. legat. E. cùm ab hac regula de feudalium controversiarum cognitione generali feudum ligium non doceatur exceptum, relinquitur, quòd regulæ semper sit inhærendum & secundum regulam pronunciandum, nisi de exceptione expressè fides fiat.* II. *quia quoties feudum in uno aliquo alteratur, naturam suam propriam in omnibus retinet c. un. vers. sed qualitercunque. ubi FF. de feud non hab. propr. feud. natur. E. licet feuda ligia præ cæteris feudis aliqua privilegia & prærogativas habeant, attamen quoad formam communem retinent feudi naturam & privilegiata non reperiuntur.* III. *quia sæpius comprobatum*

quòd

quòd sub dispositione generali etiam casus & caussæ privilegiatæ comprehendantur, quando specialiter non reperiantur privilegiatæ in istis terminis sive in illa materia de qua agitur. Feuda autem ligia utut in aliis sint privilegiata, non tamen hoc privilegio gaudent, ut si de iis inter dominum & vasallum ligium controversia moveatur decidenda, Dominus de ea & sic in tali caussa propria cognoscat & judex sit. E. & feudũ ligiũ sub regula comprehenditur, quòd scilicet de eo, quando lis inter dominum & vasallum mota est, Pares Curiæ cognoscant. IV. quia in omnibus illis casibus, inter quos ratio diversitatis assignari nequit, idem jus servandum est l. illud. 32. in pr. ff ad L. A. etiamsi casus illi privilegiati sint l. à Titio 108. in pr. ff. de V. O. Immò etiamsi personam Principis concernant arg. c Ecclesia S. Mariæ. ubi Decius n. 14. in fin. X. de constitut. Jam verò nulla ratio diversitatis potest assignari, quare lite inter dominum & vasallum de feudo ligio mota dominus sibi ipsi sit judex, non vero de ea Pares Curiæ cognoscant. Ergò in terminis juxta regulam terminantibus subsistendum, quòd pariter de tali lite, ut de alia qualibet controversia feudali Pares Curiæ cognoscant & judicent. V. quia feuda ligia in materia aliqua proportionabili ipsis feudis ligiis, æquè sub dispositione generali comprehenduntur, sicut supremi Principis & res qualibet alia l. de contractu. 3 C. de rescind. vendit. c un. de natur. feud. c. 1. X. de probation. Atqui jus cognoscendi de feudo utiq. est proportionabile ipsis ligiis inter dominum & vasallum controversis; nam iis certè etiam judicium est ordinandum, ne lites in infinitum crescant. E. de iis in proposito tenenda est regula, quòd Pares Curiæ sint judices. VI. quia clari juris est, quòd in iis, quæ ex contractu descendunt, feuda ligia, ut & res supremi Principis, regulentur secundum jus commune vel subjaceant regulis juris communis arg. l. de contractu. 3. C de rescindend. vendition c. un. de natur. feud. Atqui jurisdictio vel cognitio Parium Curiæ in caussis feudalibus inter dominum & vasallum vertentibus ex contractu feudi descendit. Schrader. p. 10. sect. 5 n. 34. & 173. E. illi contractui standum secundum jus commune, ut & in illis Pares Curiæ, nec verò dominus judicent.

XXVII.

13. Feudum ligium in fœminas transitorium non est, nisi speciali consuetudine hoc introductum sit, quæ tamen probanda est. a)

a) *Guerrin.*

a) *Guerrin. Piso Seat. in prælud. feudor. c. 43. n. 6 Menoch. consil. 1. n. 474. libr. 1. Nicol. Everhard. jun. consil. 41. n. 185. & seq. vol. 1. Rosenth. de feud. c. 7. concl. 34. n. 12. Bocer. in. tr. de qualitat. & different feudor. cap. 5. n. 74. & in tr. de success. feud. c. 3. q. 30. Niell. disput. 1. feudal th. 9. lit b. Gothofred. Anton. disput. feud. 1. thes. 3. lit. f. Nam I. quoties feudum in uno aliquo alteratur, in reliquis omnibus propriam feudi retinet naturam c. un. vers. sed qualitercunque. ubi FF. de feud. non habent. propr. feud. natur. vel feudum quod in aliquo recedit à natura & proprietate feudi, in reliquis omnibus propriam feudi naturam retinet; vel communi feudorum naturæ inhærendum, donec contrarium expressè probetur; Idem quæ mutata non sunt, quare stare prohibeantur arg. d. c. un. Atqui communis omnium feudorum natura est, fœminas in feudum non succedere, nisi hoc nominatim sit dictum, cap. un §. hoc autem. qui dar. possunt & c. un. circa fin. In quib. caus. feud. amitt. E. Idem in feudo ligio adstruendum donec contrarium probetur. II. quia regula confirmatur in casibus non exceptis l nam quod liquidæ. 5. §. fin. ff. de pæn legat. Ergo dum exceptio à regula non docetur sc. in feudo ligio etiam fœminas succedere, regula confirmatur sc. ut in feudum quodlibet ita etiam in feudum ligium fœminarum successio non admittitur d. c. un qui feud. dar. pos. d c. un. In quib. causis feud. amitt. III. quia omnia feuda Imperii & Regalia sunt feuda absolutè ligia, uti hoc superius ostensum; si igitur statuatur consuetudine esse receptum ut in feudum ligium etiam fœminæ succedant, sequeretur fœminas in omnia feuda Imperii & Regalia succedere, & consequenter omnia feuda Regalia esse fœminea. Atqui hoc absurdum. E. & illud. Et aliæ rationes ex præcedente decisione huc possunt applicari.*

XXIIX.

14. Dominus habens homines ligios sive subditos sive vasallus potest ipsis inhibere, ne exterorum se ligios constituant. a)

a) *Andr. Knichen de vestitur. paction. p. 2. c. 5. n. 85. post. Johannem Anton. Lanarium consil. 20. n. 11. Gothofred. Anton. disput. feud 1. th. 3 lit. g. tum quia semper & ubiq; feudum ligium Dominum suum eximit & aliis anteponit; tum quia subditi summam præcipuamq; fidem & obedientiam debent, cui præjudicium posteriore fiducia contra-*

cta creati

sta creari non possit, Bodin de Republ. libr. 1. c. 9. n. 118. circa fin. Ergo ad perjurium delabentur, si contra inhibitionem domini se ligios constituant exterorum.

XXIX.

Limitatur hæc conclusio: Quod si tamen ante factam prohibitionem ligium feudum à Rege extraneo illis datum fuerit, in dubio fidem, quam debent superiori suo, excepisse intelligendi sunt, atq; ita feudum quoad quid se respectivè potius quam absolutè ligium accepisse. *a*)

a) *arg. c. un. §. fin. ubi Gothofred. in not. & Dd. hic fin. lex. Borth. de feud. cap. 4. n. 23 & seqq.*

XXX.

15. Vasallus Dominum ligium juvare tenetur præcisè, etiamsi cum alio non ligio priore & antiquiore bellum gerat. *a*)

a) *Cappc. in investitur. feud. cap. feudorum genera. 1. Col. 53. §. sexta conclusio. pag. 232. & post hunc. Rosenth. cap. 8. concl. 16. n. 11. lit. m. Nam hæc feudi ligii natura est, ut ejus Dominum vasallus juratò juvet contra omnem, nullo antepositο.*

XXXI.

Non igitur est quod Dn. Rosenthal *a*) hoc limitet ad illum tantùm casum, quo antiquiores consensu posteriori fidelitatem ligiam vasallus præstitit; quoniam jus quæsitum antiquiori illi auferri non debeat. *b*)

a) *Rosenth. c. 8. concl. 16. n. 11.* b) *Nam dominus feudi non ligii alium adhuc antepositum habet; dominus autem ligius nullum antepositum habet; Contradictoriè igitur ei dominus non ligius senior anteponeretur. Tum jus quod alicui quæsitum non est, non potest dici quod eidem auferatur; at verò hoc jus, quòd quis omnibus anteponatur, & ipsi nullus præferatur, domino non ligio nondum quæsitum est; jus quidem suum in feudo retinet, nec ei illud quisquam aufert; sed ut ei nemo nequidem absolutè ligius anteponatur, tale jus habuit nequaquam; Igitur ei nunquam etiam aufertur. Tum deniq; novum non est, quòd propter ligiam fidem in feudo, aliquid inflectatur & arctetur de jure in alio feudo: quippe quòd propter unum feudum antiquius absolutè ligium, alterum feudum etiam ligiũ, sed recentius, fiat analogicè ligium, si duo ligia*

feuda in uno vasallo per successionem concurrunt, ut constat ex c.un.t.99. Ergo multò fortius ligia fides in feudo ligio hoc operabitur, ut in alio feudo non ligio jus in tantum arctetur, ut ligii domini jus sit potius jure domini non ligii, adeoq; ille huic licet seniori anteponatur.

Et huc usq; de feudo ligio: feudum nec ligium sequitur.

XXXII.

Feudum non ligium est, cujus ratione vasallus ita jurat domino suo fidelitatem, ut eum contra quosdam juvare non cogatur veluti contra Imperatorem vel Regem Romanum. *a)* vel dominum antiquiorem. *b)*

a) *c. un. in pr. de nov. form. fidelitat. c. un. de probib. feud. alienation. per Frideric.* b) *c. un. §. fin. hic fin. lex.*

XXXIII.

Hinc consectarium est: feudum nec ligium tribui posse, sive ab eo, qui superiorem non recognoscit, sive a quolibet alio.

XXXIV.

Ergo & summus Princeps feudum non ligium dare potest, veluti si Rex Hispaniæ feudum concedat subdito Regis Galliæ sub fide vulgari; Item si Rex Galliæ feudum concedat subdito Imperii Romani fide vulgari & simplici se obstringenti. *a)*

a) *Cujac. ad c. un. de nov. form. fidelitat. Bodin. libr. 1. de Republ. c. 9. n. 111. & 118. ubi in fin. dicit eleganter: à subditis summam præcipuamq; fidem ac obedientiam deberi, cui præjudicium posteriore fiducia cum alio contracta creari non possit. q. d. dum Imp. Romanus subditum sibi suum habet summè obligatum, posterior fiducia cum alio contracta non illi summæ fidei debet derogare; sed posterior etiam est inferior, simplex & vulgaris & sic non ligia; faciunt notata à Rosenth. cap. concl. 78. n. 5. Gravetta consil. 517. n. 5. Bursat. consil. 147. n. 33. libr. 3. Goth. Anton. disput. feud. 1. th. 3. lit. g.*

XXXV.

Ad extremum illud est in propatulo & extra omnem dubitationis aleam positum, quòd unus idemq; vasallus non ligius possit esse diversorum dominorum. *a)*

a) *arg.*

a) *arg. c. un. in fin. l. et fin. lex. c. un. § satis benè. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. c. un. de feud. ligio in extraordin. t. 99. Jacob. de Franchis in prælud. feudor. cap. 2. n. 140. Geil de arrest. Imper. c. 6. n. 29. Herman. Vultej. libr. 1. de feud. c. 8. n. 21. Rosenth. c. 2. q. 4. n. 3. Goth. Anton. d. lib. 3. lit. g. in fin.*

Corollaria.

I. An Doctores & Licentiati facultatum superiorum Advocati caussarum ut & Magistri Philosophiæ & viri literati in aliqua Republica, ubi est maxima civiũ multitudo, à collectis debeant esse immunes? Affirm. *a*)

a) *l. his oneribus. §. Angarorum. ff. de vacat. muner. l. 1. l. Medicos & ibi Dd l. fin. C. de professor. & medic. Angel. & Schneid. in §. item Romæ. n. 1. cum seqq. I. de excusat. tutor. l. 2. C. de his qui non implent. stipendi. libr. 10. l. maximarum. C. de excusation. muner. libr. 10. l. Archiatris. C. de metall. libr. 10.*

II. Quid tamen si tales personæ agros & prædia, quibus onera collectarum adhærent, sibi comparent in illa Republica, annè & tunc à collectis immunes erunt? Negamus. *a*)

a) *l. fin.*

Digitized by Google

a) *l. fin. §. ab hujusmodi. ff. de muner. & honor. l. omnes. C. de collat. fund. patrimon. quippe quod cessante caussa privilegii cesset & privilegium ipsum l. Athletæ. §. 1. ibi. quoad in præsidiata sunt. l. Geometræ. ibi. donec coram gerunt. l. idem Ulpianus. ff de excusation. tutor. l. Titia. §. usuras. ubi Br. ff. de legat. 2.*

III. In solutione pecuniæ creditæ tempus contractus attendimus, ut si ab eo valor Thalerorum, coronatorum, aureorum creverit, numero pauciores, si verò minuitur, plures solvendi fuerint.

IV. Marcam seu libram auri sumimus pro 72, aureis rhenanis.



INDEX

Index rerum, quæ in toto hoc Collegio feudistico de fidelitate & juramento clientelari occurrunt, singulariter notabilium.

Digitized by Google

F.

H.

I.

vasal-

Digitized by Google

tatem

Digitized by Google

Biblioteca Nazionale Napoli V. E. III
592061

FINIS.

Digitized by Google


Digitized by Google


200

Digitized by Google

